f. 199'—202': „*De decem preceptis*". „Descendit Moyses de monte portans duas tabulas lapideas scriptas × abhorret ratio huiusmodi perpetrare".
f. 202'—203: *De uirtutibus beate Marie*. „Notandum, quod Maria in 6 uirtutibus × fiat mihi secundum uerbum tuum".
f. 203'—204': *De preparatione ad missam celebrandam*. „Ad dignum celebrandum requiritur corporalis munditia × Da mihi graciam quod cum tanta attentione, deuotione ac lacrimarum fonte, ut supra".
*Prov*. Germania. — *Poss*. Hinricus van Mynden. (In fol. preligato: „Mei Hinrici van Mynden"). — Monasterium s. Johannis in Cismaria. (Signatura in superiore parte tegumenti: „E 5"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin n. 144. — Cat. Möllmann n. 61).

**Gl. kgl. S. 1600 4to** chart., sæc. xv, ff. 165, cm. 21,4×15. Tegum. uetus. In folio postligato fragmentum epistole Ribbenitze A. D. 1391 dat.
f. 1: *Tabula codicis*.
f. 2: „*Auctoritates beati* AUGUSTINI *et 4 doctorum principalium*".
f. 3—62': JOHANNES DE DEO: *Summa de penitentiis*. „Ad honorem summe trinitatis . . . incipit liber penitentiarum × in penitentia uera, ad quam nos perducat . . . .".
f. 64—92': „*De absolutione a summa excommunicatione*. Qualiter autem fieri debeat absolucio × contractum sed notum /////".
f. 94—100': *Carmina uaria, nonnulla cum notis musicis*.
f. 101—106': BONAUENTURA: *De celebratione misse*. „Ad honorem gloriose et indiuidue trinitatis et ad honorem excellentissimi sacramenti scilicet preciosi corporis et sanguinis Domini nostri Jhesu Christi describam talem formam × non reputas posse tua uirtute sed auxilio gracie eius, quod ipse tibi et mihi prestare dignetur".

f. 106'—111': AUGUSTINUS: *„Speculum peccatoris.* Quoniam, carissimi, in uia huius seculi fugientis × uitam eternam possideas". (Migne PL. 40. 983).

f. 112—112': *„De temptationibus resistendis.* Quam diu in mundo uiuimus sine tribulatione × suffragia implorare".

f. 113—119: *Verba ex biblia excerpta secundum ordinem alphabeti disposita.*

f. 119—127: *Varie note theologice.*

f. 127—134: *„Expositio signorum in sacro canone.* Quoniam sacer canon, quo in consecratione × sua passione nobis promeruit, qui est benedictus in secula seculorum".

f. 135—159': *„Pulchra dicta super 28 doctores pro cottidiana communione corporis et sanguinis Domini nostri Jhesu Christi".* „Prologus magistri Mathei super 28 doctores pro cottidiana uel crebra communione corporis et sanguinis Jhesu Christi a plebeis christianis, qui sic incipit: Ista itaque × quia indispositi ad omnia opera uirtuosa".

f. 160—165: *„Pulchrum Confiteor et pulcher modus confitendi".* „Confiteor Deo omnipotenti et beate Marie uirgini × in speciali. Et sic est finis huius forme penitende pro pueris ruditer compilate . . . .".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Hinricus van Mynden. (f. 1: „Mei Hinrici Mynden"; cf. necrologium Cismariense ad 4. Kal. Junii: „Item domnus Hinricus de Mynda, qui contulit 30 marcas in testamento et plures libros tam in uita quam in testamento"). — Monasterium s. Johannis in Cismaria. (Signatura in superiore parte tegumenti: „E 13"). — Bibl. Gottorpiensis.

**Gl. kgl. S. 3395 8vo** chart., sæc. xv, ff. 160, cm. 13,7×10,3. Tegum. uetus.

f. 1—5: *„Lilium uirginitatis".* „Quodlibet lilium habet plurima folia × uirginitas tenet principatum, et tantum de lilio uirginitatis".

f. 5': *„Nota uerba sancti Augustini, qualiter informandus sit aliquis in extremis et frater proximus morti".*

f. 6—41: DOMINICUS A CAPRANICA: *„Libellus de arte moriendi.* Cum de presentis exilii miseria × antequam mors occupet, mori discat et sciat. Quod nobis concedat . . .".

f. 42—81: HUGO DE S. VICTORE: *Didascalicon VII 1—25.* „Verbum bonum et uita sapiens × diu ibidem stare hanc sue mutabilitatis fluxus non permittit". (Migne PL. 176. 811—835).

f. 81'—112': „HUGO [DE SANCTO VICTORE]: *De arra anime.* Loquar secreto anime mee × totis precordiis concupisco". (Migne PL. 176. 951).

f. 113—156: „*Tractatus de discretione spirituum magistri* HINRICI DE HASSIA *sacre theologie professoris eximii Parisiensis.* Sicut in philosophia naturali × impossibilitatis freno retinere".

f. 156'—159: „*Informacio prelature resignate magistri* JACOBI *doctoris et* CARTUSIENSIS *in Cartusia Erfordensi uiri famosi, quem et noui.* Placuit cuidam in dignitate quadam constitutus × ab istis suffragiis propter Deum".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Monasterium s. Johannis in Cismaria. (In parte interiore tegumenti: „Liber ecclesie sancte Marie sanctique Johannis euangeliste"; ibidem signatura: „P XII", in exteriore parte tegumenti signatura: „J 7"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann n. 98).

**Gl. kgl. S. 3398 8vo** chart., sæc. XV, ff. 157, cm. 14,4×10,3. Tegum. uetus.

f. 1—94': GERHARDUS DE ZUTPHANIA: „*Deuotus tractatulus de ascencionibus spiritualibus.* Beatus uir, cuius est auxilium × ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant".

f. 95—128': „*Itinerarium mentis in Deum* BONAUENTURE. In principio primum principium × apprehensione preclarior est".

f. 129—157: „*Dyalogus eterne sapientie cum suo discipulo de sacramento eucaristie*" [ɔ: THOMAS A KEMPIS: *Imitatio Christi Liber IV*]. „Venite ad me omnes × ineffabilia dicenda".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Monasterium s. Johannis in Cismaria⟨?⟩. — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann n. 100 uel n. 51. — Ulrich Petersen: Specificatio lin. 426—427).

**Gl. kgl. S. 3399 8vo** chart. et membr., sæc. XV, ff. 224, cm. 15,1×10,8. Tegum. uetus.

f. 1—9': *Tractatus asceticus.* „Cum dicat beatus Bernhardus ad Eugenium papam: Consideratio tua a te ipso × secundum regulam beati Jacobi, a quo hec sapiencia uocatur omne bonum, omne datum optimum etc.".

f. 10—72': „*Arbor crucifixi*". „*Deuotus tractatus de uita Domini nostri Jhesu Christi compendiose excerptus ex diuersis libris cum orationibus et meditationibus.* Fasciculus mirre .... Ut igitur in nobis accendatur affectus, formetur

cogitatus ex sacri euangelii silua .... colligere studui hunc mirre fasciculum quem paucis ac simplicibus uerbis conpegi unicuique distinccioni euangelicam historiam per dicta doctoris Boneuenture ex tractatu, qui intitulatur lignum uite, principium preordinans × Quando corpus morietur fac ut anima donetur paradisi glorie".

f. 73—120: „*Supplementum in meditationes et orationes super tractatu Boneuenture, qui dicitur lignum uite.* Jhesus triumphans mortuus. Consummata iam passionis agone × clare uideamus. Qui uiuis ....".

f. 121—135': Pseudo-Anselmus: „*Collacio beate uirginis cum sancto Anselmo de passione Domini.* Notandum quod beatus Anselmus longo tempore cum lacrimis orabat × et ei compaciebantur. Explicit sermo Anselmi per modum interrogantis et respondentis". (Migne PL. 159. 271).

f. 136—189: „*Dialogus consciencie et racionis pro celebrantibus.* Multorum tam clericorum quam laycorum querela est × datum est nobis corpus Domini nostri Jhesu Christi. Qui cum ....".

f. 190—217': „*Tractatus cancellarii* [Johannis Gersonis] *de oratione et ualore eius sub pluribus considerationibus.* Oportet semper orare × qui de moribus iudicat". (Joan. Gersonii opera omnia (1706) III 247).

f. 218—224': „*Tractatus eiusdem cancellarii* [Johannis Gersonis] *de indulgentiis a papa et episcopis concedi solitis.* Quecunque alligaueritis super terram × qualem nullis precedentibus meritis haberemus innitendo eis".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Monasterium s. Johannis in Cismaria. (In superiore parte tegumenti signatura: „h 1"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann n. 99).

**Gl. kgl. S. 3400 8vo** chart., sæc. xv, ff. 212, cm. 15×11. Tegum. uetus.

f. 1—52': „Johannis Gersonis *opusculum tripartitum.* Christianitati × sicud in domo Dei Parisius laudabiliter obseruatur".

f. 52'—87: „*Tractatus de differentia peccatorum mortalium et uenialium domini* Johannis Jarsonis, *cancellarii Parisiensis*". „Qui bene considerat bonitatem Dei × contra sua mandata facientes".

f. 87'—109: „*Tractatulus de restitucionibus faciendis excerptus ex dictis egregii doctoris* Nicolai de Dinkelspuel, *sacre theologie professoris, in sermonibus de penitentia.* Restitucio

est quoddam preambulum × dampnationis eterne, a qua nos custodiat . . . .“.

f. 109'—111': „*Mors certa.* | Vado mori, res certa, quid nil certior illa | × | ut uitare queam deuia uado mori | “.

f. 112—116': „*Sermo beati* Augustini *de festo epyphanie.* Post miraculum uirginei partus × post sepulchra uictores“. (Florilegium Casinense I 149).

f. 116'—119': „Augustinus: *De uirtute psalmorum, primo de 7 psalmis penitentialibus.* Si uis penitentiam de peccatis tuis agere × psallentis se affectum confirmabit“.

f. 120—123': *Excerpta ex epistolis sancti* Bernardi.

f. 124—127: „*Omelia sancti* Augustini *episcopi de confessione peccatorum*“. „In omnibus scripturis diuinis, fratres dilectissimi, utiliter ac salubriter × de quo peccato nos Dominus liberare dignetur qui . . .“. (Migne PL. 39. 2212).

f. 127'—128': *Sequentia de beata Maria uirgine.* „ | Aue mundi spes, Maria | aue mitis, aue pia | aue plena gratia | afflictis da solacia. | × | dum resurgam te uisurus | semper tecum permansurus | per infinita secula | “.

f. 128'—131': *Varia theologica, inter que excerpta ex reuelationibus beate* Birgitte.

f. 132—136': „*Sermo beati* Johannis Crisostomi *de penitentia.* Cum uniuersus mundus × sed de Dei confidite misericordia“.

f. 137—145: „*Sermo beati* Augustini *de misericordia.* Misericordia, karissimi, peccatorum × cum ipsis in regnis celestibus deputari“.

f. 145—151: *Sermo.* „Licet omnes sancti, qui proposuerunt Deo seruire × in die resurrectionis per graciam Domini nostri . . .“.

f. 151—153: *Sermo.* „Omnes sancti, qui placere meruerunt × spiritum sanctum discipulis destinauit“.

f. 153—159: „*Sermo beati* Ambrosii *contra Theodosium imperatorem quod non facile possumus uitare hostis insidias*“. „Non est itaque facile hominibus × sermonibus offerebat“.

f. 159—187': *Varia theologica inter que nonnulle epistole sancti* Gregorii *pape.*

f. 188—198: „Isidorus *de institutione bone uite.* Dilecte fili, dilige lacrimas et diffunde eas × lacrime penitencium apud Deum pro baptismo reputantur“. (cf. Migne PL. 87. 457).

f. 198—212': *Varia theologica.*

*Prov.* Germania. -- *Poss.* Hinricus van Mynden. (In folio præligato: „Mei Hinrici van Mynden“). — Monasterium s. Johannis

in Cismaria. (Signatura in superiore parte tegumenti: „G II“). — Bibl. Gottorp. (Ulrich Petersen: Specificatio lin. 428—429).

**Inc. Hafn. 226** (adlig.) chart., sæc. xv, ff. 171, cm. 39,1×29. Nonnulli quaterniones in initio excisi esse uidentur.

f. 1—144: *Commentarius in euangelium Johannis.* ///// „[S]equitur. Johannes testimonium perhibet de ipso et clamat dicens. Supra commendatus est Christus testimonio × causa uitande prolixitatis obmittens multa etc.“.

f. 1 [sæc. xv]: „Inicium euangelii Johannis, quod in die Christi natali legitur et hic deficit, uide in Johanne de Mynda late expositum“. [cf. Gl. kgl. S. 85 fol. f. 86’].

f. 145—171: „*Tabula uenerabilis domini doctoris sancti* Thome de Aquino *ordinis fratrum predicatorum*“. „Abraham non peccauit emens speluncam duplicem × An ad zelum contentio habeat affinitatem. Secunda secunde 38. 3. argumento“.

*Prov.* Germania. — *Poss.* Monasterium s. Johannis in Cismaria. (Signatura in dorso: „E 14“, in fronte: „a VI“). — Bibl. Gottorp.

**Ny kgl. S. 2740 4to** membr., sæc. xii, ff. 140, cm. 23,4×15,2. Codex in initio mutilus.

f. 1: [Rasura] ///// „*Explicit de patientia*“.

f. 1—4: „*Omelia sancti* Augustini *de agenda penitentia.* Rogo uos, fratres carissimi, si forte × in gaudium Domini tui“. (Migne PL. 39. 2221).

f. 4—5’: „*Sermo beati* Johannis Crisosthomi *de confessione.* Confitemini Domino quoniam bonus × misericors reddatur et pius“.

f. 5’—10: „*Exhortatio beati* Cypriani *de penitentia.* Per penitentiam posse omnia peccata × de loco suo mouebo“. (Migne PL. 4. 863).

f. 10—16: „*Liber sancti* Effrem *de mundicia anime.* Gloria omnipotenti Deo, qui os nostrum superno nutu aperuit × impii autem infirmabuntur in eis“.

f. 16—21: „*Exhortatio* Johannis Crisostomi *de penitentia.* Prouida mente et profundo cogitatu × indulgentiam, graciam et misericordiam Domini nostri Jhesu Christi, cui est honor in secula seculorum Amen“.

f. 21—24: „*Lamentacio* Ysidori Ispalensis *episcopi.* | Cur fluctuas anima merorum quassata procellis? | × | Et summis honoribus cultores efferunt mundi | “. (Migne PL. 83. 1251).

f. 24—30: ISIDORUS: *Lamentum penitentie.* „ | Audi Christe tristem fletum | × | Per eterna secula | “. (Migne PL. 83. 1255).
f. 30—48: ISIDORUS: *Oratio pro correptione uite.* „Deus omnium mirabilium auctor × imperium et potestas in secula seculorum. Amen“. (Migne PL. 83. 1261).
f. 48—69: „*Edictum piissimi imperatoris* JUSTINIANI *recte fidei confessionem continens et refutationem heresium, que aduersantur catholice Dei ecclesie.* Scientes quod nichil aliud × in die iudicii“.
f. 69—81': „*Sermo* AUGUSTINI *episcopi de prouerbiis Salomonis.* Prestabit nobis Dominus × in secula seculorum laudabunt te“. (Migne PL. 38. 221).
f. 81'—88': „*Tractatus sancti* AUGUSTINI *de quattuor uirtutibus caritatis*“. „Desiderium caritatis uestre × non folia laudis“. (Migne PL. 39. 1952).
f. 88'—98': „*Sermo sancti* AUGUSTINI *episcopi de tempore barbarico.* Admonet Dominus Deus noster × in tabernacula eterna. Amen“. (Migne PL. 40. 699).
f. 98'—104': „*Exhortacio sancti* ANASTASII *episcopi ad monachos.* Etsi quos gloriari in Christo licet × et Deus pacis erit uobiscum“.
f. 104'—131': „*Omelie decem beati* CESARII *Arelatensis archiepiscopi* [ɔ: EUCHERII *Lugdunensis episcopi*] *ad monachos.* Exhortatur nos sermo × sine fine durarent“. (Migne PL. 50. 833).
f. 131'—133': „*Sermo* FAUSTI *episcopi ad monachos.* Ad locum hunc karissimi non ad quietem × iam resurgat“. (Migne PL. 58. 869).
f. 133'—136': „*Sermo* FAUSTI *episcopi ad monachos.* Quod supplente × uenia tribuatur. Amen“. (Migne PL. 58. 872).
f. 136'—137: FAUSTUS: „*Sermo de penitentia.* Detur penitentia × non erit apta“. (Migne PL. 58. 875).
f. 137—140: „AUGUSTINUS *in libro de ciuitate Dei.* Ita Deus nobis erit notus × cuius nullus est finis“.
*Prov.* Gallia. — *Poss.* Monasterium s. Marie Pontiniaci ord. Cist. (f. 140: „Liber sancte Marie Pontiniaci“; cf. adnotationem librorum Pontiniacensium seculi XII in codice Nr. 12 signato schole artis medice Montepessulanensis [Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques (1849) I 703]: „— — Volumine uno Jeronimi de ortu beate Marie uirginis gloriose.

In eodem uolumine sermo sancti Augustini de patientia. Idem de agenda penitentia. Sermo sancti Johannis Chrisostomi de confessione. Exhortatio beati Cipriani de penitentia. Liber beati Effrem de munditia anime. Exhortatio Johannis Chrisostomi de penitentia. Lamentatio Ysidori Yspalensis episcopi. Edictum Justiniani imperatoris de confessione recte fidei. Sermo Augustini de prouerbiis Salomonis. Tractatus eius de quatuor uirtutibus caritatis. Sermo eiusdem de tempore barbarico. Exhortatio Athanasii episcopi ad monachos. Omelie Cesarii episcopi ad monachos, numero decem. Sermones Fausti episcopi ad monachos, duo. Item unus sermo de penitentia"). — Sir Thomas Phillips. (In folio preligato signatura Thomæ Phillippi addito numero 2847. — Bibliotheca Phillippica (1913) n. 630). — Empt. Londinii anno 1913.

**Ny kgl. S. 2880 4to** membr., sæc XII, ff. 105, cm. 18,9×12,1. Litt. init.

f. 1'—77': „*Liber prognosticorum* JULIANI POMERII *Toletane urbis episcopi*". „Rescriptum Idalii Barcinonensis episcopi ad Julianum Pomerium Toletane sedis episcopum. Sanctissimo atque pre ceteris peculiari domino Juliano × cuius nullus est finis". (Migne PL. 96. 453).

f. 77'—82: „*De ethica, que ad institutionem pertinet morum*. Ethica bene uiuendi magistra est, diuiditurque in quatuor principales uirtutes × eternitatem uite et uoluptatem. Ad quam .... Explicit tractatus moralis".

f. 83—93: *Excerpta de sacramentis, de resurrectione Domini, de ascensione Domini, de passione Domini.*

f. 93'—99': „*Tractatus magistri* H." „Corruptum peccatis originalibus et actualibus × uel humana cogitatio comprehendere". (Migne PL. 39. 2200—2204).

f. 99'—100: Iuo *episcopus Carnotensis*: *Sermo de oratione Dominica*. „Duo sunt, karissimi, que principaliter attendere debet humana circumspectio × Non grauantur corda uestra in crapula et ebrietate". (Migne PL. 162. 599—600).

f. 100—105': *Sermo super Ps. 24.10*. „Uniuerse uie Domini, misericordia et ueritas, requirentibus testamentum eius et testimonia eius. Horrenda nobis, fratres karissimi, et amanda psalmigraphi proposita × eum toto corde sectantes ad eternam gloriam peruenire mereamini ipso auxiliante . . .".

*Poss.* Robertus Gylbart. (f. 105': „Iste liber pertinet ad Robertum

Gylbart"). — Nicholaus Allattis⟨?⟩ (f. 105': „Iste liber pertinet ad Nicholaum Allattis"⟨?⟩). — Empt. Lipsie anno 1920.

**Gl. kgl. S. 1348 4^to^** membr., sæc. XIII, ff. 38, cm. 23,5×17,2. Codex initio mutilus.

f. 1—3 [manu prima]: *Fragmentum uocabularii difficilium uerborum biblie secundum ordinem librorum.* „De Jheremia. Virgam uigilantem × exacussim diligenter epitheta abbreuiatio".

f. 4—33 [manu secunda]: *Vocabularius uerborum biblie secundum ordinem librorum.* „Biblia Jheronimi fert rara uocabula quedam, hic ea doctorum studio totaliter edam. De prologo Genesis. Prologus prefacio quasi prelocutio × dicitur ab ana, quod est sursum, et gogos ductio quasi sursum ductio".

f. 33—34' [manu tertia]: „*Ars algorismi.* | Hec algorismus ars presens dicitur in qua | × | a dextris digitum seruando prius documentum | ". (Rara Mathematica edited by J. O. Halliwell (1841) 73).

f. 34'—35 [manu tertia]: „*De progressione.* Progressionum alia naturalis × | et quod ab inde uenit | perfecti nomen habebit | ".

f. 36'—38 [manu tertia]: *Registrum librorum 4 sententiarum* PETRI LOMBARDI.

*Prov.* Germania. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Ulrich Petersen: Specificatio lin. 539).

**Ny kgl. S. 616 8^vo^** membr., sæc XIII, ff. 151, cm. 17×11,5. Tegum. uetus.

f. 1: *Registrum.*

f. 1'—9: „*Sermo de beato Euchario tocius Germanie apostolo.* Lingua eucharis in bono homine habundabit × ad quam ecclesiam triumphantem in eterna beatitudine constitutam et perpetua securitate firmatam perducere nos digneris . . .".

f. 9'—10': „*Epistola* ARISTOTELIS *ad Alexandrum Magnum de sanitate corporis conseruanda.* O Alexander cum sit homo × hec omnia debilitant corpus et desiccant".

f. 14—34: „*Excerpta ex libris confessionum beati* AUGUSTINI".

f. 34—107, 11—13', 107—122': *Sermones.*

f. 123—126: „*Descriptiones [uitiorum et] uirtutum*". „Superbia est singularis excellencie super alios cecus quidam appetitus

× Cunctarum igitur uirtutum, ut predictum est, fundamentum humilitas est".

f. 127—142: „*Tractatus de uirtutibus*". „Cum circa singula utilia studere debeamus exemplo Salomonis dicentis × non solum sine murmure, set eciam cum delectatione faciamus".

f. 142—149': *Sermones*.

f. 150'—151: „*Oratio ad beatam uirginem beati* BERNARDI. Loquar ad cor tuum o dulcis et suauis genitrix Dei × omnis lingua piorum in sempiterna secula seculorum".

*Prov.* Germania. — Monasterium sancti Eucharii sanctique Mathie extra muros Treuirenses ⟨?⟩ — *Poss.* Monasterium sancti Eucharii sanctique Mathie extra muros Treuirenses ⟨?⟩ (f. 1 inscriptio pæne erasa: „Codex sancti Eucharii . . . ."). — Sir Thomas Phillipps. (f. 1: „Phillipps Ms. 458"). — Empt. Londinii anno 1910.

**Thott 28 8vo** membr., sæc. XIV, ff. 40, cm. $14,_3 \times 9,_9$.

f. 1—29: GERARDUS DE VLIEDERHOVEN: „*Tractatulus de quatuor nouissimis*. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis, ait sapientissimus Salomon. Sicut dicit beatus Augustinus × et mecum laudet omnis creatura".

f. 29—36: „*Speculum peccatoris beati* AUGUSTINI. Quoniam carissime in huius × nouissima tua prudenter prouideas illo scilicet concedente qui uiuit . . . .". (Migne PL. 40. 983).

f. 36—37: „*Epistola beati* DAMIANI *de hora mortis*. Pensandum nobis est × adeptum indeclinabiliter custodire".

f. 37—39': „*Versus sancti* BERNARDI *abbatis, quos cum tanta deuotione dicebat ante ymaginem crucifixi, quod meruit quadam uice sibi responderi ab ipso crucifixo Jhesu.* | Salue mondi salutare | × | in cruce salutifera | ".

f. 39'—40': „*Quedam deuota allocutio Domini nostri Jhesu Christi crucifixi ad hominem peccatorem.* O homo uide que pro te patior × nisi in puris, mundis et deuotis cordibus".

f. 40': „*Responsio hominis peccatoris uolentis redire ad penitentiam et desiderantis totaliter unire se Deo.* Domine tu te mihi dedisti × non potest meus esse discipulus".

*Prov.* Italia. — *Poss.* f. 1 arma possessoris cuiusdam uidebantur, nunc autem deleta sunt. — Jacobus Jacobilli. (In folio preligato: „Jacobi Jacobilli"). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 508 n 28).

**Thott 63 fol.** membr., sæc. XIV, ff. 246, cm. 29×21. Tegum. uetus.

f. 1—1', 3: *Miracula sancti Ansueri.* „Anno Domini 1329 contigit in prima uigilia noctis beati Jacobi apostoli quedam × ei amplius non apparuerunt. Que benedicens Deo et gracias agens, qui est benedictus in secula seculorum".

f. 3: *Catalogus episcoporum Raziburgensis dioceseos.* „Euermodus, primus. 1178 13 Kal. Martii × Marquardus, episcopus tercius decimus. 1335 2 Nonas Aprilis. Volradus quartus decimus".

f. 3'—4': „*Sermo bonus de sancta Maria Magdalena.* Lapis calore solutus in es uertitur. Job. XXVIII. In istis uerbis ad laudem beate Marie Magdalene tria notantur × quia multi de progenie ipsius ipsam inuocauerunt".

f. 4'—5': *Sermo alius.* „Vidi ciuitatem sanctam nouam Jherusalem descendentem de celo a Deo paratam sicud sponsam ornatam uiro suo. Apoc. XXI. Verba proposita × saporem nos prelibatione degustare concederet".

f. 5': „*Versus* Holtnykkeri *pie memorie fratris minoris.* | Suscipe summe pater tibi que minor offero frater | × | ut prosis precibus operam tantam tibi danti | ".

f. 6—53': „Conradi Holtnykkeri" *Sermones de sanctis.* „Extendam palmas meas ad Dominum. Exodus IX. Hoc uerbum Moysi beatus Andreas potuit dicere × corpus eius in montem Synay collocauerunt, quod nobis etiam prestare . . .".

f. 54—192: *Sermones de tempore* Conradi Holtnykkeri. „Dominica prima in aduentu. Emitte manum tuam de alto. Ecce karissimi sicut × quando nulli instabilitati subiecta erit". [Ad authorem sermonum spectat nota f. 245: „Holtnigerus de tempore et de sanctis"].

f. 193—226': Conradus de Saxonia: „*Speculum Marie*". „Quoniam ut ait beatus Jeronimus nulli dubium est × ac Deo nostro in uinculis caritatis astricti unus cum ipso spiritu efficiamur prestante Domino nostro Jhesu Christo".

f. 245—245': *Catalogus imperatorum, regum, archiepiscoporum, episcoporum.* „Isti sunt imperatores et reges mundi Christiani. Imperator Romanorum × In Constantinopolitano patriarchatu sunt 85 ecclesie cathedrales scilicet archiepiscopi et episcopi".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Mons. s. Georgii prope Raziburgum. (f. 2: „Possesor⟨?⟩ est beatus huius libri Georgius"). — Johannes Werneri alias Gherbode. (f. 246: „Anno a natiuitate

Domini 1392, indictione 15, die 19 mensis Januarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Domini Bonifacii pape noni anno tercio ego Johannes Werneri alias Gherbode rector parochialis ecclesie in Crempen Bremensis dioceseos emi hunc librum pro tribus marcis minus quatuor solidis denariorum Lubicensium"). — Nicolaus Gruben. (f. 246: „Ego Johannes Werneri alias Gherbode cantor ecclesie Hamburgensis uendidi hunc librum honorabili uiro domino Nicolao Gruben pro tribus marcis quas in parato subleuaui"). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 278 n. 63).

**Gl. kgl. S. 3393 8vo** chart., sæc. XIV, ff. 243, cm. 9,9×6,9.

f. 1—42: „*Synonima* ISIDORI *Ispaniensis archiepiscopi*. In subsequenti hoc libro, qui nuncupatur synonima × tu michi supra uitam meam places in omnia secula Amen". (Migne PL. 83. 825).

f. 42—58': „*Soliloquium sanctissimi doctoris* AUGUSTINI *episcopi*. De dulcedine Dei. Cognoscam te Domine, cognitor meus. Cognoscam te uirtus anime mee × omnis beatitudo, omnis clementia sit Deo patri et filio et spiritui sancto Amen".

f. 59—122': „*Soliloquium sancti* BONAUENTURE *de quatuor exercitiis*. Flecto genua mea ad patrem × sitiat caro mea, donec intrem in gaudium Domini mei, qui est trinus et unus benedictus in secula Amen".

f. 122'—149: „*Tractatus sancti* BONAUENTURE, *qui uocatur lignum uite*. Cristo crucifixus immo confixus sum cruci × per crucem tuam petimus obtinere ad laudem sanctissimi nominis tui, cui cum patre . . . .".

f. 149—196: LOTHARIUS *dyaconus cardinalis qui postea dictus est* INNOCENTIUS III: *Liber de miseria hominis*. „Domino patri karissimo Petro diuina dignatione Portuensi et sancte Rufine episcopo Lotharius × sulphur et ignis ardens in secula seculorum". (Migne PL. 217. 701).

f. 196—243': „*Opusculum aureum anime peccatricis compilatum per quendam Cartusiensem*. Vanitas uanitatum et omnis uanitas dixit Ecclesiastes. Quoniam ut ait egregius doctor sanctus Gregorius × Discedite a me operarii iniquitatis, nescio qui scitis. Quod a nobis auertat Jhesus Christus . . . . . Explicit speculum aureum anime peccatricis".

*Poss*. H. Gram. (Cat. Gram n. 297).

**Gl. kgl. S. 1358 4^to** membr., sæc. XIV, ff. 80, cm. 22×14. Codex in fine mutilus.

f. 2—17' [manu prima]: „*Liber de conscientia beati* BERNARDI". „Domus hec in qua habitamus × terrestrium occupacione". (Migne PL. 184. 507—552).

f. 17'—21 [manu prima]: *Ex sermonibus beati* BERNARDI *super Cantica canticorum.*

f. 22—80' [manu secunda]: HENRICUS CONSTANTIENSIS: *Horologium eterne sapientie I—II 1—2.* „Sentite de Domino × cum fletu et gemitu respondebunt tibi et dicent //////". — f. 73: „Explicit liber primus, amen, finitus per manus Michaelis Christiani".

*Prov.* Belgium. — *Poss.* Monasterium quoddam in Herle prope Trajectum ad Mosam. (f. 1' [sæc. XIV—XV]: „Iste liber post mortem meam erit ad regulares in Herlo") — J. Vanderburch. (f. 1 [sæc. XVII—XVIII]: „J. Vanderburch. Corripe me Domine in misericordia, non furore tuo"). — Joh. Dirichson Barsker. (f. 1 [sæc. XVII—XVIII]: „Joh. Dirichson Barsker").

**Ny kgl. S. 2916 4^to** membr., sæc. XIV et XV (f. 11': „1320"), ff. 50, cm. 20×14,5. Tegum. uetus.

f. 1—11': „*Liber* CASSIODORI [ɔ: PETRI BLESENSIS] *de caritate seu dilectione Dei.* Sicut precedentia docuerunt × erubescere, sed animo infrenato /////". (Migne PL. 207. 895—922).

f. 12—26': „*Liber sancti* BERNARDI *meditationum.* Multi multa sciunt × eundemque dominum glorie, qui . . . .". (Migne PL. 184. 485)

f. 27—46: „*Vita sancti Brandani, trium milium monachorum abbatis, qui magnum oceanum circumiuit septem annis.* Sanctus Brandanus filius Filoc, nepos Althy . . . . Erat uir magne abstinentie × Accepta benedictione sanctus Brandanus recto cursu ad locum suum reuersus est, ibique dies uite sue finiuit in pace . . . .".

f. 46'—47 [manu sæc. XV]: „*Epistola sancti* BERNARDI *ad Raymundum militem de cura rei familiaris*". (Migne PL. 182. 647).

f. 47'—49' [manu sæc. XV]: „*Sermo beati* BERNARDI *de gradibus confessionis.* Notas mihi fecisti uias uite × ne unquam in fastidium ueniant uerba Domini saluatoris, qui . . . .".

f. 50—50': „*Epistola quedam beati* BERNARDI *abbatis de meditatione cordis*". „Petisti a me, frater karissime, quod nun-

quam et nusquam × cessabit quassatio. Rumi /////". (Migne PL. 184. 1167—1170).

*Prov.* Italia. — *Poss.* f. 1 insignia possessoris, vid. tabulam I n. 5. — Empt. Lipsie anno 1921.

**Thott 111 4$^{to}$** chart., sæc. xv (f. 97: „1422", f. 41': „1424", f. 261': „1448"), ff. 261, cm. 21×13,9. Codex initio mutilus.

f. 1—36': Henricus de Vrimaria: *Super decem precepta.* [Initio def.] × „Hoc est uinum, quod letificat Deum et homines, ut scribitur in Judicum, quod uinum nobis meritis gloriose uirginis prestare dignetur . . . .".

f. 36'—41': „*Speculum amatorum mundi*". „Videte, quomodo caute ambuletis non quasi insipientes × eorum meritis et precibus possideat sicud nobis prestare dignetur . . . . Explicit speculum amatorum mundi conscriptum per me Johannem Wusterhusen in Hildensen anno Domini 1424 ibidem in Carthusia et uisitaui in schola sancti Andree".

f. 42—43: „*Questio circa materiam quomodo debet fieri adoracio.* Utrum magi adorauerunt puerum Jhesum × cadit super materiam debitam scilicet cultus diuini. Hanc materiam scripsi ego Johannes Wusterhusen presbiter canonicus ecclesie Sleswicensis et rector ecclesie parrochialis in Ratkow prope Lubek . . . .".

f. 44—97: *Summula Raymundi cum glossa*: „ | Summula de summa Raymundi prodiit ista | × | Fer circa templum cane cum rex glorie Christus | . . . . . Finis huius summule collecte per me Johannem Wusterhusen in schola sancti Martini in Cruuswek A. D. 1422".

f. 98—120': *Compendium de penitentia cum glossa*: *Circa initium.* „ | Peniteas cito peccator cum sit miserator | × | Laus tibi sit Christe quia tot tormenta subisti | ".

f. 131—131', 121—130': „*Tractatus fratris* Egidii [Romani] *ordinis heremitarum magistri Parisiensis de prescientia et predestinatione Dei*".

f. 132—261': *Vocabularius Latino-Germanicus.* „Ex quo autentici uocabularii × zotica est uirtus uitalis. ff. f. — Johannes Scoenc est possessor huius uocabularii. Et sic est finis huius uocabularii A. D. 1448, completus erat in Rostok dominica Letare . . . .".

*Prov.* Germania. — *Poss.* T. Klevenfeldt. (Bibl. Klevenfeldt. 235 n. 1 in 4$^{to}$). — C. Brandt. (In auctione Klevenfeldiana

anno 1777 C. Brandt codicem pro 1 Rdl. emit). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII n. 111).
*Litt.* Borchling 28.

**Thott 105 4^to** chart., sæc. xv (f. 98: „1431“), ff. 98, cm. 21,5×14,5. Tegum. uetus.

f. 1—34: Raymundus Lullus: „*Liber, qui est de ente quod simpliciter est per se et propter se existens et agens.* Quoniam Deus est simpliciter per se × Qualis ipse est. Ad laudem et honorem Dei finiuit Raymundus Parisius istum librum mense Septembris anno 1311 incarnationis Domini nostri Jhesu Christi“.

f. 34—38': Raymundus Lullus: „*Liber, qui continet confessionem.* Cum peccatum sit magna transgressio × magnam penitentiam impetrare. Expleuit et finiuit Raymundus .... hunc librum in ciuitate Maioricensi mense Septembris A. D. 1312 incarnationis“.

f. 38'—39: „*Epistola beati* Augustini *ad Heuodium, utrum omnia Christi parabolice dicta fuerant uera.* Diligendo fratri et quem diligo in ueritate Heuodio mihi karissimo Augustinus episcopus salutem. Recepi litteras tuas × ideo tamquam parabola iudeis a Domino dicebatur. Vale frater“.

f. 39—40: „*Epistola* Augustini *episcopi ad Cornelium philosophum.* Cornelio philosopho Augustinus Dei seruus et utinam bonus salutem. Ut nobis per tuas amicabiles litteras × in quibus dicas: Non michi placent“.

f. 40—41: „*De diuina sapiencia.* Theodorus episcopus Toletanus in epistola sua ad fratres × dignetur me ad se uocare“.

f. 41—41': „*Epistola beati* Augustini *episcopi ad Cornelium philosophum.* Cornelio philosopho Augustinus episcopus salutem. Qualis et quanta sit nostra calamitas × astucia et doctrina. Opto te fili mi in Christo semper ualere“.

f. 42—77: Raymundus Lullus: *Liber probacionis 14 articulorum fidei catholice.* „A probacione articulorum fidei × nobiliora et eciam fortiora. Factus fuit iste tractatus Rome A. D. 1296 et completus ibidem in uigilia beati Johannis baptiste precursoris Domini nostri Jhesu Christi ....“.

f. 77'—92': *Supplicationes domino imperatori 1415* 7/11, *1416* 16/12, *1417* 18/3 *misse cum tractatibus de purissima conceptione beate Marie uirginis.*

f. 93—98: Raymundus Lullus: „*Liber qui est de conuenientia*

*quam habent fides et intellectus in obiecto.* Diuiditur autem iste liber in tres partes × aures audiendi audiat. . . . . Finiuit Raymundus istum librum in Montepossulano mense Marcii anno 1304 incarnationis Domini nostri Jhesu Christi . . . .". Finitus est liber iste per manus Johannis A. D. 1431".

*Prov.* Germania. — *Poss.* And. Erasmus a Seidell. (f. 1: „And. Erasmus a Seidell"). — J. P. Ludewig. (Bibl. Ludewig. V 125 n. 591). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 387 n. 105).

**Ny kgl. S. 2949 4to** chart., sæc. xv (f. 75: „1448"), ff. 76, cm. 21,9×14.

f. 1: *Versus de horis canonicis legendis, etc.*

f. 2—4': „*Gradus humilitatis.* | Sit fortitudo Dei prefixa tue faciei | × | Si non offendit celestis premia prendit | ".

f. 5: GOTIFREDUS VITERBIENSIS: *Pantheon XX 32.* „ | Denariis triginta Deum uendidit Gallileus | × | Pastores ueniunt, reges dona dederunt | ".

f. 6—75: *Vita dulcissime ac semper laudande uirginis Marie.* „ | Sanctus Epiphaneus, doctor ueritatis | × | Que cum suo filio sit semper benedicta | ".

f. 75—76': *Versus de triplici archa, etc.*

*Prov.* Germania. — *Poss.* G. Kloss. (In interiore parte tegumenti: „Georgius Kloss M. D. Francofurti ad Moenum"). — Sir Thomas Phillipps. („Phillipps MS. 9638"). — Empt. Londinii anno 1921.

**Ny kgl. S. 14 8vo** membr., sæc. xv (f. 95: „1453"), ff. 146, cm. 8×6,2. Litt. init.

f. 1—6': *Calendarium ad ecclesiam Augustanam spectans.* (3/3 Kunegunda, 4/5 Florianus, 4/7 Udalricus [rubr.], 11/7 Octaua s. Udalrici, 6/9 Magnus [rubr.], 28/9 Dedicacio matricis ecclesie [rubr.], 16/10 Gallus [rubr.], 29/10 Narcissus [rubr.], 16/11 Othmarus [rubr.]). Anniuersaria nonnulla calendario adscripta sunt.

f. 7—8: *Note theologice.*

f. 10—95: *Regula sancti Benedicti.* „Obsculta o fili × hec regna patebunt eterna. Amen. Explicit regula sancti Benedicti. Anno Domini 1453".

f. 95'—105: *Dicta patrum.* „Innocencius tercius de statu monachorum. Cum ad monasterium Sublacense × coram se tondente".

f. 105'—107: „*Vita sancti Benedicti metrica.* | Vas reparat Benedictus abiit latitans tribus annis | × | Cognoscunt obitum duo, fit mulier uaga sana | “.

f. 107'—118: „*Formula honeste uite sancti* BERNHARDI *abbatis.* Petis a me, mi frater karissime, quod nunquam × ut soli Deo posses uacare per Christum Dominum nostrum Amen“.

f. 118'—138: „*Ex tractatu de imitatione Christi*“.

f. 138: *Note theologice.*

f. 139—145': *Registrum.*

f. 145'—146: *Note theologice.*

*Prov.* Germania. — *Poss.* Monasterium beate Marie ord. Cist. in Oliua. (f. 1: „Inscriptus catalogo fratrum de Oliua“).

**Ny kgl. S. 123 4^to^** chart., sæc. xv (f. 11: „1454“, f. 54': „Scriptum Ripen A. D. 1454 uigilia Symonis et Jude apostolorum“, f. 91': „1458“, f. 121: „1460“, f. 208: „1462“, in fol. preligato uersus chronologicus de anno 1483), ff. 349, cm. 21×14,2. Tegum. uetus.

Ex iis que in libro continentur hec notanda sunt.

f. 1—11: LAURENTIUS DE DACIA: „*Stella clericorum.* Quasi stella matutina × Quamuis carnuti non audent cornibus uti. Explicit stella clericorum anno Domini 1454 sabbato post uincula sancti Petri per me Petrum Mathie hora quasi 2 ante uesperas in hospicio Boiardi pro tunc temporis locati Ripensis studiosius compilata“.

f. 11': „*Verba sancti* JERONIMI. Incipiunt 15 signa ante diem iudicii × erit dies iudicii“.

f. 12—24: *Exempla excerpta ex miraculis beate Marie uirginis, ex legenda Lombardica, ex dialogo* GREGORII *etc.*

f. 27—36': „*Visio Tundali*“. „Anno Domini 1149 qui fuit annus secundus × Istud bene est extractum, compilatum et scriptum ex speculo hystoriali“.

f. 36'—38': „*Anthifone et orationes infrascripte habentur in templo sancti sepulcri composite de locis et insigniis passionis* .... Sequitur antiphona et oratio ad columpnam, ad quam Christus fuit ligatus: Apprehendit Jhesum Pilatus et ad columpnam ligatum fortiter flagellauit × Gloriam consequamur. Qui uiuis ....“.

f. 39—47: „*Euangelium Nicodemi.* Anno Domini 22 imperii Tyberii cesaris et Herodis thetrarce Galilee anno 19 × Ista omnia admiranda a Karino et Leucio dicta omnis synagoga

Judeorum audiens ad inuicem dixit: Vere ista omnia facta sunt que uidimus et audiuimus ad salutem nostram. Et sit Deus benedictus in secula seculorum".

f. 47'—49': „*De Ada et Eua.* Cum Adam et Eua expulsi essent de paradiso × posuit in eas Seth litteras Grecas et Hebraicas omnium operum patris et matris, que ipse uidit et audiuit a patre et matre et consequti sunt graciam per penitentiam. Unde Dominus: Agite penitentiam, appropinquabit enim regnum celorum".

f. 55—66': *Sermones et materie predicabiles.*

f. 67—79': DOMINICUS A CAPRANICA: „*Tractatus de arte moriendi.* Cum de presentis exilii miseria × antequam mors eum occupat mori discat".

f. 79'—153: *Sermones.*

f. 154—194: „*Gesta Romanorum.* Dorotheus imperator statuit pro lege × dat ei ipsam in uxorem scilicet in uitam eternam".

f. 194'—224': *Sermones, exempla etc.*

f. 201—205: *Legenda sancti Olaui.* „In Nederos munitissimo castro totius Noruegie × a castris ad pacem que exsuperat omnem sensum peruenit ad laudem Domini . . . .". (Gustav Storm: Om en Olavs-Legende fra Ribe. Forhandlinger i Videnskabs-Selskabet i Christiania 1885 Nr. 3.).

f. 205—205': *Miracula sancti Olaui.* „Inde cum ministri regales × quem iam mortuum putauerunt".

f. 225—254': „*Speculum humane saluationis*". „ | Incipit speculum humane saluationis | in quo patet casus hominis et modus reparationis | × | et ad honorem eius passionis orationes has dicamus | ".

f. 256—256': *Excommunicatio lingua Danica scripta.* „I then almetistæ gwt faderss oc sön oc then hellyands oc allæ apostels oc allæ gwts helliænss wegnæ wy forbannæ oc i matbannæ sættæ × som werdhen ær. Deus laudem meam ne tacueris".

f. 256': *Excommunicatio.* „Auctoritate Dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti × quod abstulit secum soluat et restituat".

f. 257—276: JOHANNES DE HILDESHEIM: *Gesta et translationes trium magorum.* „Materia trium regum beatorum ex prophetia Balaam sacerdotis × a longissime terre partibus uisitantur et uenerantur adhuc in presentem diem".

f. 281—288': „*De passione Domini.* O uos omnes, qui transitis per uiam, attendite et uidete, si est dolor similis sicut dolor meus. Jer. I. Dicit Dominus ad omnes homines × resurgere ad eternam prestante Domino . . .".

f. 289—333': *Sermones et exempla.*

f. 334—348': „*De passione Domini.* Humiliauit semet ipsum factus obediens usque ad mortem. Ad Philip. II. Notandum quod Christus humiliauit se 6 modis × O, uos omnes, qui transitis per uiam; quere in fine sermonis".

f. 349': *Copia litterarum dat. Ripis anno Domini 1465.*

*Prov.* Dacia. — *Poss.* Petrus Mathie, curatus ecclesie sancti Petri Ripis. (In folio preligato: „Liber Petri Mathie curati ecclesie sancti Petri Ripis". — In codice sepius hec uerba scripta sunt: „Forthy standh landh i waadh"). — T. Klevenfeldt. (Bibl. Klevenf. 236 n. 2.). — P. F. Suhm. (In exemplari Bibl. Klevenf. quod possedit P. F. Suhm in pag. 236 ad n. 2 adscriptum est: „3 Rdl. Suhm").

*Litt.* J. Steenstrup: Vore Folkeviser 316.

**Ny kgl. S. 2741 4^to^** chart., sæc. xv (f. 10: „1476", ff. 27', 43', 46, 50: „1477"), ff. 50, cm. $20,_2 \times 14$.

In fol. preligato [sæc. xv — manu secunda]: „In isto libro habentur plures tractatus diuersi. Primo Tractatus compendiosus contra modernorum proprietates. Secundo Quatuor nouissima cum pulchris exemplis. Tertio Dialogus Jhesu et senis. Quarto Colloquium Jhesu cum puero. Quinto Exhortatorium nouitiorum. Sexto De arte loquendi et tacendi. Septimo Stella clericorum. Octauo Officium misse. Nono Manuale confessorum Johannis Nider. Decimo Augustinus de moribus ecclesie liber".

f. 1—10: „*Tractatus quidam admodum compendiosus ac notabilis contra proprietarios moderni temporis.* Quia plures religiosi proprietarii nimis periculose se de tanto crimine nituntur excusare, cum coram Deo sint omnino rei tam horrendi criminis et per consequens mortis perpetue nisi digne penituerint, curaui sequentem tractatum publicare optans, ut perueniat ad notitiam plurimorum. Reuerendissimo in Christo patri ac domino domino Cistercii ceterisque doctoribus et prelatis ordinis nostri Cisterciensis in sacro concilio generali anno Domini 1415 Constantie celebrato congregatis: Pro euidenti et necessaria salute × hec omnia adicientur uobis. Jhesus Christus rex nationum det nobis omnibus uite celestis

solamen. Amen. Explicit compendium de statu religionis moderni temporis in sacro concilio Constantiensi anno Domini 1415 celebrato promulgatum. Finitum autem 1476".

f. 10—11: „*Extrauagans Urbani quinti super non recipiendis aliquibus in ordinibus symoniace: Ne in uinea Domini*". [6/4 1363].

f. 11'—27': „*Tractatus* DYONISII CARTUSIENSIS *in Ruremunda pro reformatione monialium.* Vox sponsi. Aperi mihi soror mea sponsa. Te alloquor × contentationem immobilem. Ad laudem et gloriam omnipotentis qui est super omnia Deus sublimis et benedictus in secula. Amen. Finitus 1477 5 idus Marcii". (Dionysii Cartusiani opera omnia (1896) XXXVIII 245).

f. 28—43': „*Tractatulus quidam magistri* THEODERICI DE MONASTERIO *sacre theologie notabilis professoris, quem uenerabilibus uirginibus ac monialibus sancti Egidii in ciuitate Monasteriensi degentibus ob earum nimium rogatum atque desiderium de sacris literis doctorum collegit ac compilauit.* Deuotis in Christo sororibus .... Sancte religionis saluberrimum incrementum × quam uisionem nobis omnibus concedat, qui est in secula super omnia benedictus Amen. 1477".

f. 44—46: „*Epistola magistri* GERARDI GROTEN *ad abbatissam monasterii in Honepe ordinis Cisterciensis Traiectensis dyocesis pro exhortatione animarum salutari.* Tibi in Christo soror × nec papa possit religiosis prestare nec licentiare etc. Finis 1477".

f. 46—50: „*De tribus substantialibus religionis.* Obedientia est proprie uoluntatis subiectio × pro labore tanti certaminis ualeat a Domino obtinere. Ista succincte de tercio. Finitum anno 1477, 17 Kal. Januarii".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Monasterium Marienmünster ordinis sancti Benedicti. (In fol. preligato: „Virginis intacte liber hic est Munstre Marie"). — Leander van Ess. (f. 1: „L. van Ess, professus in Mariæmünster", in fol. preligato: „Professor van Ess zu Marburg"). — Sir Thomas Phillipps. (In fol. preligato: „Phillipps MS. 689". — Bibliotheca Phillippica (1913) n. 687). — Empt. Londinii anno 1913.

**Ny kgl. S. 26 fol.** chart., sæc. XV (f. 25': „1480"), ff. 125, cm. $29_{,4} \times 20_{,6}$.

f. 1—25': „*Clauicula indulgentialis et absolutionis sacerdotalis, abbreuiatum latissime summe uenerabilis* NICOLAI WEYGEL. Indulgentia dicitur ab indulgeo × dehinc super ethera".
f. 26'—35': „*Quedam excerpta breuissima ex speculo ecclesiastice ierarchie*". „Ecclesie sancte a primeuo due fuerunt persecutiones × pigritia et negligentia etc. A qua nos custodiat Jhesus Christus".
f. 35'—41: „*Regule siue maxime magistri* ALANI *in totam theologiam*" — *cum glossis interlineariis.* „Omnis scientia suis utitur regulis × est alius".
f. 41—43': „*Maxime* ADE *pulchre mulieris Parisiensis.* Si est causam et causatum × ideo inter species quantitatis non est enumerata. Explicit memoriale rerum difficilium Ade pulchre mulieris sacre theologie professoris eximii Parisiensis".
f. 44—49: „*Maxime ipsius* PROCULI *doctoris famosissimi.* Omnis multitudo × particularibus animabus".
f. 49—50: „*Magister*" *anonymus in Aristotelen* „*de causis.* Omnis causa primaria plus est influens × ens et generatio similis".
f. 57—109: „*Quedam collecta ex* MICHAELE DE BONONIA *super psalterio.* Multi dicunt anime mee × macula et pollutione".
f. 115—125: „*Sermo beati* BEEHARDI *super Stabat iuxta crucem Jhesu mater eius.* Sicut christiane religionis defectus ex ariditate × ut illa tandem te sumat in gloriam suam ubi regnat . . .".
*Prov.* Germania.

**Ny kgl. S. 134 4^to^** chart., sæc. xv, ff. 10, cm. $21 \times 15,_{3}$.
f. 1—1': *Recepta lingua Danica, Latina, Germanica scripta.*
f. 1'—6: „*Compatio Philomene ad passionem Domini nostri Jhesu Christi.* | Philomena preuia temporis ameni | × | Ut nos cantus martiris doceat cantare | ".
f. 6'—8': „*Salutatio ad sacra Christi membra principalia.* | Salue meum salutare | × | In cruce salutifera | ".
f. 8'—10': „*Verba sancte admonitionis uenerabilis patris sancti* FRANCISCI *ad omnes fratres et ad omnes religiosos cuiuscunque condicionis et ordinis fuerint.* Dixit Jhesus discipulis suis: Ego sum uia, ueritas et uita × Ubi est patientia et humilitas, ibi nec ira nec conturbatio. Ubi est paupertas cum leticia, ibi nec ////" (B. P. Francisci Assisiatis opera omnia ed. Joh. Jos. von der Burg 24).

*Prov.* Dacia. Codex scriptus esse uidetur per manum fratris Johannis Mathie prioris domus sancti spiritus Randrusiensis dioc. Arusiensis; cf. Ny kgl. S. 120 4to.
*Litt.* Ellen Jørgensen: Danske middelalderlige Bogsamlinger. Dansk historisk Tidsskrift 8 R. IV 43.

**Ny kgl. S. 2915 4to** membr., sæc. xv, ff. 219, cm. 19,3×13,6. pag. 1. floritura adornata.
f. 1—64: „*Liber* PETRI BERTRANDI *de iurisdictione ecclesie tam spirituali quam temporali et de earum subordinacione ad inuicem.* Iste liber est compositus et translatus de gallico in latinum per dominum Petrum Bertrandi × receperunt licenciam a domino rege et recesserunt". (Goldast: Monarchia II 1361).
f. 65—109: THOMAS DE AQUINO: „*Tractatus de usuris*". „Omnis homo a natura non degenerans × tenebras peccatorum et errorum in me purget et ad perfectionem eterne uite perducere dignetur. Qui . . .".
f. 109'—124': „*Breuis tractatus super librum sententiarum*". „Subiectum theologie × quoniam melior est dies una in atriis tuis super milia. Ad hoc nos perducat . . .".
f. 125—219': „*Liber de septem sacramentis.* Quoniam me sepius rogasti Petre etc. postquam sacerdocii ordinem sacrum suscepisti × a quo omnia sacramenta uirtutem obtinent, qui . . ." [manu paulo recentiori additum]: „Explicit dyalogus Gilonis et Petri de septem sacramentis".
*Prov.* Gallia. — *Poss.* Fratres minores conuentus Diuionensis. (f. 1 et sæpius manu sæc. XVII: „Ex bibliotheca Diuionensi fratrum minimorum"). — In folio preligato insignia possessoris, vid. tabulam I n. 6. — Empt. Lipsie anno 1921.

**Gl. kgl. S. 1585 4to** membr., sæc. xv, ff. 120, cm. 20,4×13,4, pagina prima splendidissime ornata. f. 1, 44', 52', 91' litt. initiales. Tegumentum coæuum Venetiis factum.
f. 1—44: „*Epistola beati* EUSEBII *Cremonensis ad Damasum Portuensem episcopum et ad Theodorum Romanorum senatorem eius fratrem de morte gloriosissimi confessoris beati Hieronymi doctoris eximii.* Patri reuerendissimo Damaso Portuensi episcopo et christianissimo Theodoro Romanorum senatori Eusebius × gaudia que iam tu possides adipisci". (Migne PL. 22. 239).

f. 44'—52': „*Epistola sancti* AUGUSTINI *episcopi doctoris eximii ad Cirillum Hierosolimitanum episcopum de laudibus beati Hieronymi doctoris eximii.* Gloriosissimi christiane fidei athlete × fraudatur desiderio". (Migne PL. 22. 281).

f. 52'—91: „*Epistola* CYRILLI *Hierosolimitani episcopi ad beatum Augustinum episcopum de miraculis beati Hieronymi presbiteri doctoris eximii.* Venerabili uiro episcoporum eximio × in tuis orationibus memor esto. Deo et beato Hieronymo gratias. Amen". (Migne PL. 22. 289).

f. 91—120: „*Quidam tractatus contra Hebreos editus per quendam prudentissimum Hebreum concludens aperte eorum oppinionem et fidem esse falsam atque erroneam.* Desidero Domine × corruptus homo penitus et ignarus. Explicit epistola Rabbi Samuelis missa Rabbi Isaac ut supra in prohemio continetur, sub anno natiuitatis Domini millesimo et translata de Arabico in Latinum per fratrem Alphonsum Bonhemis ordinis predicatorum sub anno a natiuitate Domini 1339 pontificatus domini Benedicti pape duodecimi anno quinto".

*Prov.* Italia. — *Poss.* f. 1 insignia primi possessoris, vid. tabulam II n. 1. — P. Scavenius. (In interiore parte tegumenti: „N° 5 in Q". — Bibl. Scav. 369 n. 5 in 4to).

*Litt.* Bruun 204.

**Ny kgl. S. 111 4to** chart., sæc. xv, ff. 109, cm. 19,5×14,2.

f. 1—6: HENRICUS DE OYTA: *Solutiones quarundam questionum.* „Reuerende domine Rudolfe, questio uestra × qui autem iudicat me Dominus est".

f. 6—14: *Super Genesim III 19.* „In sudore uultus tui uesceris pane tuo. In labore × dicebat ad Adam et ad filios suos in eo: In sudore uultus tui uesceris pane tuo".

f. 14—18': *De missa celebranda.* „Si quis expediri desiderat, utrum sit melius sepius an rarius × pro defunctis ut consolentur uel pro uiuis uel pro gloria Dei seu beatissime uirginis Marie et sic de aliis".

f. 18'—21: *Instructio sacerdotis ad se preparandum ad missam celebrandam.* „Ad missam celebrando sex consideranda sunt × sic operatione compleat. Quod nobis . . .".

f. 21—29: „*Deuotus tractatus de corpore Christi et de preparatione ad suscipiendum idem sacramentum salutiferum* BONEUENTURE". „Ad honorem gloriose ac indiuidue trinitatis et ad honorem excellentissimi sacramenti scilicet preciosi

corporis et sanguinis Jhesu Christi describam × sed auxilio gracie eius. Quod ipse . . .".

f. 29—34': *De sacramento altaris.* „Nota quod hoc sacramentum sub duplici specie × non tamen diuiditur angelus".

f. 34'—57': *De modo confitendi et de puritate conscientie.* „Quoniam fundamentum × cum apparuerit gloria tua. Ad quam nos perducat . . .".

f. 58—91': ALBERTUS MAGNUS: *Tractatus qui appellatur paradisus anime tractans de uirtutibus anime ueris et perfectis.* „Sunt quedam uicia × argumentum uere contritionis habet, qui in tantum peccati immundiciam /////".

f. 92—101': *Sermones.*

f. 103—107': *Meditationes de passione Christi.* „Nichil salubrius nec utilius quam circa passionem Dominicam occupari, quid Christus est ista petra eleuata, in qua mentes penitencium confugiunt × iugiter conseruari quod nobis prestare . . .".

f. 108—109': PSEUDO-ANSELMUS: *Collacio beate uirginis cum sancto Anselmo de passione Domini.* „Sanctus Anselmus longo tempore cum lacrimis × portare non potuit ut in Luc. legitur: Apprehenderunt ////" (Migne PL. 159. 271—281).

*Prov.* Germania.

**Ny kgl. S. 2429 4to** chart., sæc. xv, ff. 14, cm. 20,9×14,5.

f. 1—2': *Sermo.* „Facite uobis amicos de mammona iniquitatis etc. Secundum dictum cuiusdam philosophi quilibet debet habere unum amicum × per alium collocetur ipso prestante, qui . . .".

f. 3—3': *Prophetia Ezechielis I, 27—IV, 11.*

f. 4—6: *Flores grammatice.* „ | Flores grammatice propono scribere, Christe, | × | Si tu ⟨conuertis⟩ sextam speciem retinebis | ////".

f. 6'—14': „*Vita Katherine de Senis.* Beata Katherina de ciuitate Senensi oriunda mirabiliter et ualde singulariter a Christo dilecta × pertingere ad celestem patriam, quod nobis . . .".

**Gl. kgl. S. 173 fol.** chart., sæc. xv, ff. 164, cm. 30×21,5. Tegum. uetus.

f. 1—97' [manu prima]: „*Breue collationatorium*". [o: martyrologium cum breuibus lectionibus premisso prologo, qui initio caret; ex prologo apparet autorem anonymum opus anno gracie 1470, anno etatis sue 54 incepisse]. „Ardorem desiderii

patrum suspirancium × Eodem die deposicio Hildeberti regis et natale aliorum plurimorum sanctorum".

f. 98—107' [manu prima]: *Lectiones*. „Pro maiori deuocione lectiones sequentes legi possunt iuxta currens tempus uacantibus lectionibus illis diebus asscriptis lectiones tamen martirlogii ordine suo dicentur. — Dominica in passione Domini. Jeremias quoque propheta × cornua producentem et ungulas".

f. 109—139 [manu secunda]: „FR. BERTOLDUS SACERDOS ORDINIS PREDICATORUM": *„Horologium deuotionis" circa uitam Christi.* „Quoniam secundum beatum Gregorium omnis Christi actio × per te Domine Jhesu Christe inuitari. Quod michi Domine Jhesu prestare digneris, qui cum patre . . .".

f. 139—159' [manu secunda]: *„Liber uite.* Liber apertus est, qui est liber uite. Apocalypsis XX. Hic liber uite est Christus × qui est uerus auctor salutis eterne. Qui cum patre . . .".

f. 159'—164 [manu secunda]: *„Liber de rebus, que corpori et anime in futuro accidant.* Queritur inter homines, quid sit et quamobrem sancti Dei terrena despiciunt × uindictam pati desiderat".

**Gl. kgl. S. 1383 4to** chart., sæc. xv, ff. 135, cm. 20,9×14,6.

f. 1—13': *Excerpta ex lectura* ROBERTI HOLCOT *super libro Sapientie.* „Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sapientie, ubi dicitur secundum Holcot quod corpus post peccatum × Eccl. In omnibus memorare nouissima tua et in eternum non peccabis".

f. 14—20': *Excerpta ex cordiali* GERARDI DE VLIEDERHOVEN. „Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Eccl. VII. Cum secundum beatum Augustinum in libro meditationum suarum plus uitanda × Item de maxima et stabili letitia regni celestis per longum passum in Cordiale".

f. 23—53': *Sermones quorum duo* PETRO REMENSI *fratri predicatorum attribuuntur.*

f. 83—98': THOMAS A KEMPIS: *De imitatione Christi liber I.* „Qui sequitur me × quantum tibi ipsi uim intuleris".

f. 99—111': *Ordinarius epistolarum et euangeliorum per circulum anni.*

*Prov.* Germania.

**Gl. kgl. S. 1367 4to** chart., sæc. xv, ff. 88, cm. 20,4×14.

f. 1—12': BONAUENTURA: *Lignum uite*. „Cristo confixus sum cruci. Verus Dei cultor × | profectus in uirtutibus | ac sempiternus status | ". (Bonauentura: Opera omnia VIII 68).

f. 13—71: THOMAS AQUINAS: *De humanitate Christi*. „Cristus Jhesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere I Thy. I. Apostolus in uerbis premissis describit sacramentum × simul mundus innouabitur et homo glorificabitur". (D. Thomæ Aquinatis opuscula omnia (1587) 606).

f. 72—88': „*Deuota exhortacio ad sacramentum eucaristie percipiendum*. [ɔ: THOMAS A KEMPIS: *Imitatio Christi liber IV*]. Vox Christi: Venite ad me .... Vox discipuli: Hec sunt uerba tua Christe × ineffabilia dicenda".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Domus s. Marie in Bordesholm. (Cat. Bordesholm ex anno 1488 n. „M 47"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann n. 154). — Codex Gl. kgl. S. 1367 4to cum codd. Gl. kgl. S. 1336 4to et 1359 4to et Inc. Haun. 2017 colligatus erat.

**Gl. kgl. S. 1379 4to** chart., sæc. xv, ff. 46, cm. 20,1×14,5.

f. 1—9: *Colloquium hominis contemplatiui et anime*. „///// Quanto enim ea feruencius desiderabis et petes tanto habundancius × desiderata quelibet impetres".

f. 9—46': „*Diuerse orationes et meditaciones anime deuote secundum diuersas materias, que parum aut nichil deseruiunt nisi iam deuotioni totaliter mancipatis et qui in se ipsis experiuntur affectiones uirtutum insuper et Dei uisitationem cum contemptu mundi*. Voluisti Domine Deus omnipotens ut te orantes × adorare, amare et laudare".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Cat. Pechlin n. 160. — Cat. Möllmann n. 60). — Codex cum Inc. Haun. 18 et codd. Gl. kgl. S. 1601 4to, 1349 4to, 1375 4to, 1373 4to colligatus erat.

**Gl. kgl. S. 1372 4to** chart., sæc. xv, ff. 123, cm. 21,2×14. Tegum. uetus.

In folio preligato: „ | Ipse licet uenias musis comitatus Homere | Si nichil attuleris ibis, Homere, foras | ".

f. 1—5': „*Notabilis questio de custodia lingue et corde bene ruminanda uenerabilis magistri* JOHANNIS GERSON *sacre theologie doctoris preclarissimi et cancellarii Parisiensis*. Queritur an male loqui de aliis × nulli in contemptum".

f. 6—9': „*Tractatus magistri* GERSONIS *de arte audiendi confessiones.* Etsi uirtus quam assuefactio gignit × atque proficiet". (Joan. Gersonii opera omnia (1706) II 446).

f. 10—29': „*Venerabilis uir magister* JOHANNES GERSON *collegit in Lugduno anno Domini 1419 quendam tractatum, quem intitulat trigilogium astrologie theologizate, quem librum scripsit delphino, unico regis Francie filio. Cuius prohemium sic incipit*: Sapienciam, que a Domino Deo est × eciam usque ad mortem propicius sit michi Deus". (Ibid. I 189).

f. 29'—34': „*Opusculum* JOHANNIS DE GERSON *contra supersticiosam dierum obseruationem*". „Culpat apostolus eos, qui dies obseruabant × in uanitates et insanias falsas". (Ibid. I 203).

f. 35—38: „JOHANNES GERSON *aduersus doctrinam cuiusdam medici in Monte pessulano sculpentis in numismate figuram leonis cum certis caracteribus pro curatione renum*". „Cuius est ymago × in modo ponendi". (Ibid. I 206).

f. 38—41: JOHANNES GERSON: *Contra magistrum Jacobum Angeli medicum studii insignis uille Montis Pessulani.* „Prima propositio. Omne opus Dei × dirula uicto ire". (Ibid. I 208).

f. 42—58: „*Tractatus notabilis de passionibus anime uenerabilis magistri* JOHANNIS GERSON. Passionum feruorem × in psalmis canentem". (Ibid. III 128).

f. 59—65: „*Questio de secreto confessionis celando cum sua determinatione data per magistrum* BERNARDUM DE REYDA *sacre theologie professorem.* Questio est utrum omnia dicta × saluo semper meliori iudicio".

f. 65—67': *Excerpta ex scriptis* JOHANNIS GERSONIS.

f. 67—69': „*Tractatus magistri* JOHANNIS GERSONIS *de remediis dandis confessoribus contra recidiuum peccandi.* Habet hoc proprium × tempus, locus, modus, numerus, mora, scientia, etas". (Ibid. II 457).

f. 70—99: JOHANNES GERSON: „*Alphabetum diuini amoris de eleuatione mentis in Deum*". „Ad honorem omnipotentis Dei aliquos modos et uias × protector, director et finis". (Ibid. III 769).

f. 100—109': „*Ex secunda parte de uita Christi. De ambicione et quibusdam aliis clericorum et religiosorum defectibus. Capitulum 68.* Circa premissa meditare × ut te miserante in eternum non pereant".

f. 110—114: MARTINUS EPISCOPUS LECTORENSIS: *Exhortacio ad dominos prelatos facta die 22 Jan. 1435 in sessione 22 sacri concilii.* „Contra focoristas et concubinarios clericos. Delectatur anima mea × exemplum uirtutis trahant quidquid inuenerint benedictum gloriam et honorem dantes Domino nostro Jhesu Christo qui ....“. [cf. Concilium Basiliense ed. J. Haller III 294).

f. 114—115': „*Decretum uicesimum Basiliensis consilii de concubinariis*“. „*De exçommunicatis non leuiter uitandis*“. „*De interdictis non leuiter ponendis*“. „*Circa friuole appellantes*“. (Mansi: Sacrorum conciliorum noua collectio XXIX 101).

f. 116—123: „*Sermo* JOHANNIS CAPESTRANI *de contemptu seculi, in quo presentetur nouem priuilegia religiosorum*“. „Renouamini spiritum .... Quia alias apostolus × ubi Domicianus, ubi Nero etc. in inferno etc. Moritur /////“.

*Poss.* H. Gram. (Bibl. Gram. ms. n. 223).

**Gl. kgl. S. 1621** 4to chart., sæc. xv, ff. 85, cm. 21,2×13,9.

f. 1—7': „*Canones penitentiales extracti de uerbo ad uerbum de summa* FRATRIS ASTENSIS *ordinis minorum libro V titulo XXXII*“.

f. 8—33': „*Tractatus de usurariis contractibus reddituum ad uitam uel longius tempus reemendorum uel non aliarumque usurarum*“. „Usura secundum Raymundum est lucrum ex mutuo pacto × urgente necessitate et penuria compellente“.

f. 33'—49': „*Excerptum ex tractatu doctoris* JACOBI DE JUTERBUG *ordinis Carthusiensis de contractibus*“.

f. 49'—51: „*De locatione ecclesiarum pro annuo censu, ex dictis eximii doctoris sacre theologie domini* JACOBI *Carthusiensis ordinis* DE JUTERBUG *ortus, Erfordensis uniuersitatis professoris*“.

f. 52—52': „*Constitutiones pape* PII II *super refrenando esu carnium in monasteriis ordinis sancti Benedicti*“.

f. 52'—53': „*De statu regularium*“. [ɔ: *Liber sextus decretalium III 16 un.*]

f. 54—56': „*Regula sancti Francisci*“. [ɔ: *Bulla* 29/11 *1223 data, qua Honorius papa III ordinem fratrum minorum confirmat*].

f. 57—60: „*Regula sancti Augustini episcopi.* Ante omnia

fratres carissimi diligatur Deus × in temptacionem non inducatur". (Migne PL. 32. 1377).

f. 61—73: „Eugenii pape *reuocacio statutorum a Martino papa V ac eiusdem confirmacio statutorum Johannis presbiteri cardinalis tituli sancti Petri ad uincula pro reformacione religionis fratrum minorum*". „Hec per manus Johannis Myndensis Verdensis dyocesis".

f. 75—85: „*Collecta pro cauenda symonia in susceptione personarum ad religionem. Insuper de signis late uie ducentis in perdicionem claustrales et arte uie ducentis ad uitam. Item de cautelis seruandis circa petenda subsidia temporalia*".

*Prov.* Germania.

**Gl. kgl. S. 65 fol.** chart, sæc. xv, ff. 411, cm. $29{,}_5 \times 20{,}_5$. Codex mutilus. Tegum. uetus.

f. 1—28: „*Passio domini nostri Jhesu Christi per expositiones autenticas cum originalibus*". „///// × diligunt tenebras quasi lucem".

f. 28—31': „*Speculum lingue de reconsiliatione primi peccati.* Dyoclecianus regnauit, in cuius imperio erat quidam miles × ut peccatum deserat metu tormentorum".

f. 31'—36': Robertus Holkot: „*Enigmata Aristotilis.* Valerius maximus Romanorum rhetor × ne cum ipsa garrulosus inueniaris".

f. 36'—79: „*Liber in moralitates ipsius Holkot.* Theodosius de uita Allexandri dicit quod rex Silicie inuitauit × cuius imperium super humerum etc.".

f. 80—82: *Registrum.*

f. 84—411': *Sermones.*

*Prov.* Germania. (f. 79 nota lingua Germ. scripta). — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann n. 313).

**Thott 130 fol.** chart., sæc. xv, ff. 37, cm. $29{,}_8 \times 20{,}_1$. Codex ab initio mutilus.

f. 1: *Officium sancte Kunegundis uirginis.*

f. 2—4': *Calendarium.*

f. 5: *Tabula computistica.*

f. 8'—10: *Oratio de beata uirgine tabulam computisticam exhibens.* „Sciendum quod hec oratio est legenda descendenter de beata uirgine, et quot littere sunt in una dictione, tot sunt

ebdomade interualli a dominica proxima post natiuitatem Christi. Sed quando dies natiuitatis Christi cadit in dominicam diem tunc ab eadem dominica incipiendum est usque ad dominicam Esto mihi et duratur eternaliter, et quelibet dictio rubea significat primum annum aurei numeri etc. | Salue | preclara | celorum | regina | × | protegere | propera | fideliter | morienti | adesto | conferens | celestia | ".

f. 10': *„Suffragia de beata uirgine ad matutinas et ad uesperas"*.

f. 11—12': *Officium „Marie Niuis"*.

f. 13': *Fragmenta sermonum.*

f. 14—18': *De passione Domini.* „Passio Domini fuit ex dolore amara, ex illusione despecta × manu propria se occidit".

f. 18'—27: *Euangelium Nicodemi.* „Factum est in anno XIX Tiberii Cesaris imperatoris Romanorum × ne existimes credere mendaciis Judeorum, direxi potestati tue omnia, que gesta sunt de pretorio meo".

f. 27'—34: „Iuo: *De festiuitatibus.* Resurrectio Christi tertia die a passione ipsius facta est × et tibi in nobis et in te nos".

f. 34—37': *Sermo de spiritu sancto.* „Spiritus sanctus hodierna die ut sacra actuum testatur historia × absolutionem, que fit in confessione".

*Prov.* Germania. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 286 n. 130).

**Gl. kgl. S. 206 fol.** chart., sæc. xv, ff. 11, cm. 29,2×21.

f. 1—6: *„Tractatulus de ecclesiastico interdicto editus per dominum* Johannem Andree *decretorum doctorem excellentissimum"*. „De modo obseruandi ecclesiasticum interdictum memoriale × peccatum ueniat immortale".

f. 6'—10: *„Omelia* Origenis *secundum Johannem.* In illo tempore Maria stabat ad monumentum foris plorans et reliqua. Audiuimus fratres Mariam ad monumentum × quia uidi Dominum et hoc dixit mihi, cui est gloria cum patre et spiritu sancto in secula seculorum".

f. 11': *„De euitandis excommunicatis etc. Ex concilio Constantiensi.* Ad euitandum schandala ac multa pericula × nec eis quomodolibet suffragari".

*Prov.* Germania. — *Poss.* Bibl. Gottorp. (Cat. Möllmann n. 68). Una cum Gl. kgl. S. 17 fol. et 60 fol. codex colligatus erat.

**Ny kgl. S. 1834 fol.** chart., sæc. xv, ff. 160, cm. 30×21,5. Tegum. uetus.

f. 1—10: Franciscus de Mayronis: *De indulgentiis.* „Quodcumque ligaueris .... Duos fines ultimos × quia sto ante hostium et pulso; qui audit, dicat: Veni".

f. 13—121: Antonius Rampelogus: *Figure biblie.* „Religiosis uiris in Christo studentibus dilectis Neapolitani conuentus ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini frater Anthonius Rampelogus de Janua × Unde qui est uerus Deus idem uerus homo, Dominus noster ...".

f. 121'—124': *De sancta cruce.* „Christo confixus sum cruci. Gal. II. Docet egregius doctor Augustinus XLI de doctrina christiana × Crux ex tenebris dabit lucem, etc."

f. 125—130': *De transsubstantiatione.* „Utrum transsubstantiato pane in corpus Christi essentia eiusdem maneat × ex quo diu fuit igitur etc.".

f. 131—132: „*Casus circa missam contingentes ex negligentia sacerdotis.* Presbiter potest supplere missam ab episcopo inchoatam × comburatur ut supra dictum est".

f. 133—149: *Collectio materiarum in usum predicatorum.* „Nota lex antiquorum fuit ut nullus accederet eos pro gratia obtinenda, nisi esset preciosa ueste indutus. Ratio est × demones qui mordebunt eos morsu amarissimo in inferno".

f. 149'—150': *Fabule de animalibus.* „Lupus ex uno osse strangulabatur. Quesitus fuit medicus. × Lupus semel uoluit esse monachus ... Si potuit ethyops mutare pellem suam".

f. 151—155: *Sermo de passione Domini.* „Egressus Jhesus trans torrentem Cedron, ubi erat ortus. Joh. XVIII. Ego nescio, bona gens, quid sit melius facere × ad nos clamare cepit. Ps. Levabit dominus signum in nationes, procul sibillabit ad eum de finibus terre".

f. 155—156': *Sermo de passione Domini.* „Egressus Jhesus trans torrentem Cedron. Per torrentem passio et tribulatio × non licet interficere quemquam".

f. 158—160', 157': Pseudo-Anselmus: *Dialogus beate Marie et sancti Anselmi de passione Domini.* „Sanctus Anshelmus longo tempore cum lacrimis × qui eam uiderant tota compaciebantur". (Migne PL. 159. 271).

*Prov.* Bohemia. (Codici adligatum est fragmentum copiarii, in quo hec nomina: „Johannes Nicolai oppidanus de Stropnycz baccalaureus alme uniuersitatis Pragensis" et „Arnestus abbas").

— *Poss.* Sir Thomas Phillipps. (In folio preligato: „Phillipps Ms. 1166"). — Empt. Londinii anno 1920.

**Thott 122 8$^{vo}$** membr., sæc. xv, ff. 25, cm. 10×6,7.

*Auctoritates patrum. Orationes lingua Latina et Germanica scripte.*

*Prov.* Germania. — *Poss.* Anna van Berdelo. (f. 1' manu sæculi xvi ineuntis: „Dut book horet Anna van Berdelo, we et vint de do or dat weder, se wil ome drank gelt geuen"). — C. A. Berkentin [?]. — J. L. Stubenrauch. (In folio preligato: „Ex bibliotheca Berkent. comparat. anno 1759 constat 1 Fl. 1 Kr. J. L. Stubenrauch"). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 513 n. 122).

*Litt.* Borchling 34.

**Kall 1 fol.** chart., sæc. xv, ff. 97, cm. 29×21. Codex ab initio mutilus.

f. 1—17: „*Tractatus de sensibus*". „///// que ex auditu contrahitur × ut quilibet cottidie experitur".

f. 17—22: „*Collatio conclusiua de quinque sensibus hominis.* Pro omnium predictorum complemento. Superius ut clarius fiat et cautiores efficiamur × De bene uero et utiliter dictis a legentibus ad Dominum deuotas expostulo preces pro mercede".

f. 24—36': *De passione Domini.* „Nos legem habemus et secundum legem debet mori. Joh. 19. — O deuotissime anime, scitis, qualis dies × sepulchra dum sunt aperta, plange ergo et tu, o popule Christiane, et dum passionem Christi commemoras, age ei quibus potes totis uiribus gracias, ut pater ipse participes nos faciat meritis sanctissime passionis sue, qui cum patre . . .".

f. 37—74': „*Decem precepta.* Audi Israel precepta Domini et ea in corde tuo quasi in libro scribe . . . . In hiis uerbis spiritus sanctus circa diuina precepta × ut scribitur Judith, quod uinum nobis meritis gloriose uirginis Marie prestare dignetur . . . . . Memento Domini Johannis Jungen de Wilburg sacerdotis propter Deum in orationibus uestris".

f. 75—92: „*Tractatus de arte bene moriendi compilatus per doctorem in theologia magistrum* Jacobum in Carthusia Erffordensi". „Omnes moriuntur et quasi aque × Gaudebimus et laudabimus, quod nobis concedere dignetur . . .".

f. 92': „*Quod Salomon sit saluatus.* Quid de regis Salomonis preuaricatione sanctus Augustinus × propter te et omnes sanctos tuos in eternum".

f. 93—97': „*Sermo beati* JHERONIMI *presbiteri contra Jouianum de ieiunio.* Tandem peruenimus ad cibos × Cornelius centurio ut spiritum sanctum acciperet eleemosinis meruit et ieiunio".

*Prov.* Germania. — *Poss.* A. Kall. (Bibl. Kall p. I n. 1).

**Thott 103 4$^{to}$** chart., sæc. xv, ff. 220, cm. $21,_3 \times 14,_9$. Tegum. uetus.

In folio preligato: „In hoc uolumine continentur denominati tractatus: Thomas super tria symbola. Idem super decem precepta. Idem diffuse super cantica canticorum. Quidam sermo de omnibus sanctis".

f. 1—15: „*Liber sancti* THOME DE AQUINO *super tria simbola.* Summa theoloice discipline in duobus consistunt × nec tantum Deus nec tantum homo pars huius persone dici potest aliquando".

f. 15—34: „*De decem preceptis.* Dicturi de preceptis, Domino adiuuante, uolumus declarare × sufficit igitur, quod dictum est de consiliis secundum propriam accepcionem".

f. 34'—217: „*Super cantica canticorum*". „Osculetur me osculo oris sui. Tria sunt epithalamia × sine deuotione contemplatio. Explicit liber per manus fratris Godefridi de Traiecto, monachi huius domus".

f. 218—220': „*Sermo de omnibus sanctis.* Congregate illi sanctos eius etc. Psalm. XLIX. Festum omnium sanctorum ab omnibus Christi fidelibus × rex regum et dominus dominantium, cuius regni non est finis, laudabilis et gloriosus in eternum".

*Prov.* Belgium. — Monasterium Domine nostre in Isselstein ord. Cist. — *Poss.* Monasterium Domine nostre in Isselstein. (f. 1: „Liber monasterii montis Domine nostre in Ysselsteyn ordinis Cisterciensis") — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 386 n. 103).

*Litt.* Het Boek XI (1922) 232.

**Gl. kgl. S. 3457 8$^{vo}$** chart., sæc. xv et xvi (f. 7': „1520"), ff. 206, cm. $14 \times 9,_4$.

*Recepta. Nomina herbarum. Orationes. Hymni. Vigilie mortuorum. Excerpta ex regula ordinis sancti Saluatoris et bullis ad eandem ordinem spectantibus.*

*Prov.* Dacia. — Monasterium in Mariebo ordinis sancti Saluatoris. (Lingua Danica et Latina. — f. 82: Litania, in qua hec nomina sanctorum: Olauus, Canutus rex, Canutus dux, Anscharius, Botulphus, Vilhelmus, Theogarus, Ketillus, Birgitta, Katerina. — f. 200': Excerptum ex littera confirmationis monasterii Mariebo et super ecclesiam Skynningh).

**Gl. kgl. S. 1551 4to** chart., sæc. XVI, ff. 62, cm. 20×14.

f. 1—1': „*Caput XXX libri beati* AUGUSTINI *de spiritu et littera ad Marcellinum.* Liberum ergo arbitrium × tunc uere liberi eritis".

f. 1'—2: „*De non seruantibus modum sed ad extrema semper declinantibus non solum in moribus sed etiam in scripturarum expositionibus. Sic loquitur beatus* AUGUSTINUS *libro de fide et operibus cap. IV.* Errant autem homines × unus Deus colendus insinuatur".

f. 3: *Paraphrasis Danica super orationem Dominicam.* „Fader y himmerig, een gudt offuer alle ting × men fra thet som ontt er frelss oss ewinnelig".

f. 3': *Paraphrasis Danica super Aue Maria.* „Gabriel engill sagde × all werdsins salighet".

f. 4—5': „*Sententie grauissime ex paraphrasi* ERASMI ROTHERODAMI *in epistolam ad Timotheum priorem selecte*".

f. 6—6': *Hymnus Danicus.* „ | Nw er oss gud miskundelig | × | nw siwnge wij aff hierthet Amen | ". [Notis musicis instructus].

f. 6': *Hymnus Danicus.* „ | Gud fader oc søn then helliand | × | som wij will faa at høre | ". [Notis musicis instructus].

f. 8: *Hymnus Danicus.* „ | O stercke gudt i himmelin booer | × | for ieg haffuer synderne mange | ".

f. 10—11: „*Een liiden wiise om Jomfru Maria.* | Heell Maria iomfrw søde | × | mett løghen saa mangelwndt | ".

f. 12—14': „*Dhe 10 guds bud korteligħen wdsette paa dantske.* Dhet første. | Haff ey gud meer en een | × | tha trengis thu ind af heluedis døør | ". [Notis musicis instruct.].

f. 16—19': *Precepta uaria.* „ | Wiltw syndhen offwerwinne | × | thi scalltu hanwm maadelige opscriffue | ".

f. 20—21: *„Septem peccata mortalia* Martini Lutheri". *„Octo beatitudines eiusdem". „Decem precepta eiusdem". „Sex peccata in spiritum sanctum* Martini Lutheri". *„Quatuor peccata clamantia* Martini Lutheri". *„Septem opera misericordie eiusdem". „Septem dona spiritus eiusdem* Lutheri".
f. 22—24: *Varia satyrica in Lutheranos.* „Inicium noui euangelii secundum Manicheum. Liber generationis antichristi × de qua nascetur filius qui uocabitur antichristus". — „In principio erat error × plenam mendacii et impietatis". — „Te Lutherum damnamus, te hereticum confitemur × penas luituri per omnia secula seculorum Amen".
f. 27': *Excerpta ex homeliis* Chrysostomi.
f. 28—28': *Varia theologica.*
f. 29': *„Sequentia carmina excerpta sunt ex quodam uetusto codice bibliothece Sorensis que tametsi non uideantur omnibus numeris absoluta sunt tamen (prochdolor) uerissima.* | Rhoma tacet, simonia placet, decreta silescunt | × | Mors habet in titulis omnia regna suis | ".
f. 33: *„De animabus post separationem a corpore sic loquuntur quidam sancti.* Ambrosius in libro de Cain et Abel × terribilem illum iudicii diem ibi expectant".
f. 34: *„De multiplici sensu scripture.* Sensus litteralis × facit inherere. | Littera gesta docet, quid credas allegoria | Tropologia, quid agas; quid speres anagogia | ".
f. 35—40': *„Quod uulgata editio noui testamenti, qua utimur, non sit Hieronymi".*
f. 43—44': *„Subiectis scripture testimoniis ostenditur fidei uirtus contra eos, qui nimis operibus tribuunt".*
f. 46: *„Fidei uirtus ex ueteri testamento".*
f. 47: *„De astrologis, qui se matematicos uocant".*
f. 47'—48': *„Quid sentiendum de astrologia diuinatoria que et matematica dicta est.* Nulla fuit unquam nocentior pestis × temeritatis sue lueret penas".
f. 50—50': *„Quod opera aliquid ualeant (contra illos, qui totum fidei et illi soli tribuunt) subscriptis auctoritatibus probatur".*
f. 53'—54': *„Subiectis locis enumerat* Paulus *peccata, que a uita excludunt eterna".*
f. 56'—59: *Varia liturgica cum notis.*
f. 60'—61: Aurelius Prudentius: *Hymnus*: „ | Corde natus ex parentis | × | seculorum seculis | ".

f. 62': „*Scotica cantio.* Yth was twe mwsis × bygheth amang sthi wallis off stoon". [Notis musicis instructa].

*Prov.* Dacia. — Autographon fratris Pauli Helie carmelite. (cf. A M 858 4$^{to}$. — f. 59': „Paule, serue Dei, memento mei peccatoris . . . .". — In ueteri tegumento signatura: „P. H." fuisse dicitur). — *Poss.* Archivum Regium. (Cat. Erichsen: „Af Geh. Arch. Litt. A. N. 50").

*Litt.* Brandt og Helweg: Den danske Psalmedigtning. I XXII—XXVI, II III. — H. F. Rørdam: Monumenta historiæ Danicæ. 1. R. I 8, 123—132. — L. Schmitt: Der Karmeliter Paulus Heliä 108—110, 157—158, 171—172.

**Ny kgl. S. 663 8$^{vo}$** membr., sæc. XV, ff. 126, cm. 13×10,2.

f. 1—31: „*Quedam summa qualiter peccata debeant dispensari.* Peccata que ad episcopum debent mitti. Nota sex tantum casus × beneficio dispensabili perfruetur".

f. 32—47': „*Quedam alia summa composita a fratre* Luca de Bitonto *de ordine fratrum minorum.* Quoniam circa confessionem animarum pericula sunt et difficultates × ubi nichil est superfluum, nil diminutum. Explicit summa fratris Luce de Botonto. — Jacone Rogeri studeas manuscripta tueri. — Scripsit sacrista uel scriba Rogerius ista".

f. 48—63': „*Quedam alia summa.* De modo penitentie. In primo sacerdos peccatorem reddat securum × Hec debentur ex precepto Dei; unde Exodus XXIII: Primitias terre tue".

f. 63'—64': *De significatione nominum propriorum in testamento uetere.* Adam, homo siue terrenus uel terra rubra × Sedecias, iustus Domini".

f. 65': *Ex decretalibus Gregorii IX.*

f. 66—67': „*De oratione Dominica.* Pater noster. Sciendum est quod hec dicitur oratio Dominica × | Sed tutela malo tua nos defendat ab omni | ".

f. 68—68': „*Ad conficiendos colores.* Accipe albuginem × accipe rubrum cum albo".

f. 68'—69': *Precationes.* „ | Rex uictor mortis det prime gaudia sortis | Rex nobis ingens regnum det morte resurgens | Per te nos Marce supera letemur in arce | ". — „ | Virgo Dei genitrix sis nobis auxiliatrix | × | Virgo Deo digna nos eripe fraude maligna | ". — „ | Celorum munus det nobis trinus et unus | × | Cum cunctis sanctis letemur in arce tonantis | " —

„ | Celica post yma det nobis lectio prima | × | post mortem dona det celica lectio nona | “.

f. 72—87': *Themata sermonum.*

f. 87'—88: *Ex decretalibus Gregorii IX.*

f. 89—121, 124—126: *Themata sermonum.*

f. 121—124: „*Miracula beati Andree apostoli.* Quidam iuuenis nobilis cum inuitis parentibus apostolo adhesisset, parentes eius domum in qua × Reuelatum est illa nocte episcopo quod beatus Andreas fuerit qui per liberationem eius se posuerit in habito peregrini“. (cf. Gregorii episcopi Turonensis liber de miraculis beati Andree apostoli).

f. 124': „GREGORIUS *in canone.* Recessit lex a sacerdotibus, iustitia a principibus × nisi prauum habere pastorem, quem suis demeritis meruerunt“.

*Prov.* Italia. — Empt. Berolini anno 1923.

**Gl. kgl. S. 1582 4to** membr., sæc. XI, ff. 18, cm. $27_{,5} \times 19_{,5}$. Litt. init.

f. 1: „*Epistola* JERONIMI *ad Damasum papam.* Beatissimo pape Damaso Hieronymus. Glorie sanctitatis × excessisse cognoscatur. Ora pro nobis beatissime pater“.

f. 1: *Epistola* DAMASI *ad Jeronimum.* „Damasus urbis Rome Jeronimo presbitero. Gaudet ecclesia × missa de Roma Hierosolima“.

f. 1'—14': „*Gesta pontificum.* Beatus Petrus apostolus et princeps apostolorum × Hic ordines presbiterorum /////“. (L. Duchesne: Le Liber pontificalis I 48).

f. 15—17 [sæc. XII — tribus manibus script.]: *Catalogus paparum.* „Beatus Petrus apostolus prefuit sancte Romane ecclesie annis 25 menses 2 dies 7 mar⟨tyrio⟩ coronatus × Adrianus IV natus Anglicus sedit annos 4 menses 8 dies 28“.

f. 18: *De familia Christi.* „Anna et Exmeria fuerunt sorores × sibi dicauit per spiritum sanctum id est per uirtutem sancte trinitatis“.

f. 18': *Epistola* CALIXTI II *pape ad episcopum Rosselanum, in qua precipit ut uexare monasterium Albarense desistat.* (Ughelli: Italia sacra III 663).

f. 18': „*Scriptum concessionis atque donationis qualiter Ildibrandus Rosellensis episcopus inuestiuit dominum Dominicum abbatem Albarensem de omni decimatione que exierit*

*de terra que fuerit proprietas monasterii s. Marie in monte Albarensi positi*". $^{9}/_{4}$ 1101. (Ughelli: Italia sacra III 661).

*Prov.* Italia. — *Poss.* Monasterium Albarense dioc. Rosell. [nunc Grosset.] — Bibl. Gottorp. (Cat. N. Heinsii n. 101. — Cat. Pechlin n. 99. — Cat. Möllmann n. 155).

*Litt.* Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VII 155, 359. — Duchesne: Étude sur le Liber pontificalis (Paris 1877) 51. — Duchesne: Le Liber pontificalis (Paris 1886) Introduction CLXVII.

**Ny kgl. S. 1829 fol.** chart. et membr., sæc. xv, ff. 159, cm. 29,8×22.

*Copie litterarum paparum ad modum formularii.*

*Poss.* f. 1 [sæc. xv]: „Iste liber pertinet . . . . pratum". — f. 2 [sæc. xvii—xviii]: „Pertinet ad conuentum Palaci" ⟨?⟩. — P. Hobart. (f. 1). — Empt. Lipsie anno 1920.

**Ny kgl. S. 1842 fol.** chart., sæc. xv, ff. 358, cm. 30×20,4.

f. 1—344: *Acta concilii Basiliensis* $^{1}/_{1}$ *1433*—$^{31}/_{12}$ *1436. Manuale cuiusdam notarii.* „Die Jouis prima Januarii (anno a natiuitate Domini 1433) dies circumcisionis fuit missa solempnis in maiore ecclesia celebrata per dominum episcopum Gracianopolitanum × Item dominus Simon de Pisabus doctor utriusque iuris". (cf. Concilium Basiliense. Die Protokolle des Concils 1431—1436 herausgegeben von Johannes Haller. 1897, 1900, 1903).

f. 344'—346: „*Tenor capitulorum inter sacrum concilium Basiliense et ciuitatem Basiliensem conclusorum*".

f. 354—356': „*Articuli in materia reformacionum officiorum per dominos deputatos infrascriptos facti*".

f. 356'—357: *Decretum concilii Basiliensis de cardinalibus* $^{29}/_{11}$ *1434.*

f. 357': *Littere concilii Basiliensis Johanni ⟨Ceruantes⟩ titul. sancti Petri ad uincula sancte Romane ecclesie presbitero cardinali date* $^{22}/_{5}$ *1433.*

f. 358—359': „*Ordinacio taxe sallarii notariorum in sacro concilio et in causis in eodem uentilantibus scribentium, necnon cursorum et aliorum officialium, qui seruiunt in eisdem*".

*Poss.* Joannes Baptista Marduel ad s. Nicetium Lugdunensem

uicarius. („Ex libris Joannis Baptistæ Marduel ad s. Nicetium Lugdunensem uicarii"). — Empt. Londinii anno 1921.

**Gl. kgl. S. 3572 8^vo^** membr., sæc. xv, ff. 60, cm. 16,4×11,3. Litt. init.

f. 1—60': *Taxa omnium mundi ecclesiarum unacum abbatiarum.* „Abelonensis in Romania et prouincia Atheniensi — — fl. Aberdonensis in Scotia et prouincia sancti Andree — — fl. 1250. Abouensis in regno Suttie et prouincia Uspalensi — — fl. 200. × Buadicensis — Cesariensis. Sabatensis".

*Prov.* Italia. — *Poss.* Franc. Maria Tunigius. (In fol. preligato: „Franc. Maria Tunigius Romanus canonicus s. Nicolai in carcere Tulliano de Urbe offert Bibliothece . . . [rasura] 1631 die 14 Aug."). — Fr. Rostgaard. (f. 1: „Fridericus Rostgaard emit Rome 1699". — Bibl. Rostg. 470 n. 250.). — Chr. Danneskiold-Samsøe. (Bibl. Dannesk. 406 n. 99).

**Ny kgl. S. 631 8^vo^** membr. et chart., sæc. xiv, ff. 125, cm. 14×10,2.

f. 1—39': *Ordinaciones* BENEDICTI XII *pape pro bono regimine ordinis fratrum minorum.* 28/11 *1336.* (C. Eubel: Bullarium Franciscanum VI 25).

f. 40—76: „*Constituciones generales edite Caturcii in capitulo generali anno Domini 1337 celebrato*".

f. 76—77': *Littere uicarii in conuentu Barchinonensi ac ceterorum fratrum eiusdem conuentus ministro fratrum minorum in prouincia Aragonie anno Domini 1337* 3/4 *date.*

f. 78—98': „*Declaratio regule fratrum minorum edita a domino papa* NICOLAO IV". 14/8 *1279.* (Eubel: Epitome et supplementum Bullarii Franciscani I—IV 290).

f. 99—99': *Expositio* GREGORII IX *pape aliquorum dubiorum circa regulam fratrum minorum.* 28/9 *1230.* (Ibid. 229).

f. 100—112': *Expositio* CLEMENTIS V *pape quorundam dubiorum circa regulam fratrum minorum.* 6/5 *1312.* (Eubel: Bullarium Franciscanum V 80).

f. 113—114': *Bulla* BENEDICTI XI *pape archiepiscopo Tarrachonensi, Barçhinonensi ac Pampnonensi episcopis data, conseruatoribus priuilegii „Inter cunctas" constitutis pro fratribus minoribus prouincie Aragonie.* 2/4 *1304.* (Ibid. 18).

f. 114'—116: „*Exemptorium domini* BENEDICTI". 2/4 *1304.* (Ibid. 19).

f. 116—124': *Bulla* BENEDICTI XI *pape, qua constitutionem Bonifacii pape VIII „Super cathedram" reuocat.* 17/2 *1304.* (Ibid. 11).

124'—125: *Bulla* INNOCENCII IV *pape regi Aragonie data de fratribus minoribus defendendis.* 16/7 *1247.*

*Prov.* Hispania. — Empt. Lipsie anno 1920.

**Gl. kgl. S. 199 fol.** chart., sæc. xv, ff. 56, cm. 29,5×21,3. Tegum. uetus.

f. 1'—24': *Bulla* BENEDICTI XII *pape de reformatione monachorum nigrorum.* (Magnum Bullarium Romanum I 241).

f. 25—28': *Littere synodi Basiliensis Magdeburgensi, Maguntinensi, Coloniensi, Treuerensi, Saltzeburgensi, Bremensi, Rigensi, Upsalensi, Lundensi et Nidrosiensi archiepiscopis eorumque suffraganeis date de reformatione ordinis sancti Benedicti.*

f. 29': *„Pro participanda fraternitate". Littere fraternitatis Nicolai abbatis totiusque conuentus monasterii beate uirginis Marie sanctique Johannis in Cismaria Conrado Houener presbitero in Osterode date.*

f. 30—36: *Epistole diuerse congregationi Bursfeldensi date.*

f. 36—38: *„Copie bulle* EUGENII IV *pape pro reuersione ad obedienciam pape".* (7/2 *1446*).

f. 38—40': *„Copia bulle domini* NICOLAI V *pape de reddita pace ecclesie".* (18/6 *1449*).

f. 41—43': *Epistole diuerse congregationi Bursfeldensi date.*

f. 44—44': *„Littera unionis abbatis et conuentus monasterii in Cismaria".* (15/10 *1443*).

f. 44'—45: *„Confirmacio unionis monasterii Cismariensis cum Bursfeldensi et sibi unitis monasteriis per episcopum Lubicensem".* (8/10 *1451*).

f. 45—45': *„De fraternitate in Stolp". Littere Gotfridi abbatis monasterii sancti Johannis baptiste in Stolp de reformatione monasterii.* (9/10 *1301*).

f. 46—48': *„De calamitate ecclesie Grecorum". Bulla* CALIXTI III *pape.* (29/6 *1456*).

f. 52'—54: *„De calamitate ecclesie Latinorum per Turcum magnum". Bulla* SIXTI IV *pape.* (6/9 *1480*).

f. 54: *Littere indulgentiarum* SIXTI IV *pape duci Britannie Francisco et uxori eius date.*

f. 54'—55: „*Constitutio* URBANI V *pape super non recipiendis symoniace ad religionem ac receptorum dispensationem*".
f. 55'—56: *Supplicatio presidentis et uisitatorum congregationis monachorum de obseruancia sancte Justine.*
*Prov.* Monasterium s. Johannis in Cismaria. — *Poss.* Monasterium s. Johannis in Cismaria. (Signatura in tergo: „R 1"). — Bibl. Gottorpiensis.
*Litt.* Kirkehistoriske Samlinger 3 R. I 548 fn.

**Thott 525 4to** chart., sæc. xv, ff. 56, cm. $20{,}_7 \times 14{,}_4$.
f. 1—56': *Regula sancti* BENEDICTI *cum notis paucis marginalibus.* „Prologus sancti Benedicti in regulam suam. Ausculta × Deo protegente peruenies".
*Prov.* Italia. — *Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 408 n. 525).

**Gl. kgl. S. 181 fol.** membr., sæc. XII, ff. 72, cm. $32{,}_5 \times 22{,}_7$. Litt. init. hist. et cum ornam.
f. 1—71: *Vita beati Bernhardi abbatis Clareuallensis auctoribus* WILHELMO *abb. s. Theoderici,* ERNALDO, GAUFRIDO. „Scripturus uitam serui tui ad honorem nominis tui × quod est super omne nomen sicut et tu super omnia Deus benedictus in secula. Amen". (Migne PL. 185. 225—366).
f. 71'—72: *Miracula de sacramento corporis et sanguinis Christi.* „Quid in monasterio Sauiniensi contigerit sub uenerabili patre eiusdem monasterii Serlone × sic plenus gaudio compleuit agenda". (Eadem miracula in Ms. Gl. kgl. S. 1361 4to fol 96' narrantur).
f. 72—72': *De ostensione carnis Christi pro assertione ueritatis.* „Nemo qui sanctorum uitas et exempla legerit potest ignorare × uisu conspexerat. Hec interim dixisse sufficiat de ostensione carnis Christi pro assertione ueritatis".
*Prov.* Gallia. Ex eodem scriptorio quo Gl. kgl. S. 182 fol. — *Poss.* Conuentus Celestinorum beate Marie Parisius. (f. 71: „Iste liber est de conuentu fratrum Celestinorum beate Marie de Parisius acquisitus per reuerendum patrem in Christo G. Romanum priorem eiusdem loci anno Domini 1474. Orate pro eo"). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog n. 74. — Cat. N. Heinsii n. 53. — Cat. Pechlin n. 89. — Cat. Möllmann n. 160).
*Litt.* Bruun 53. — Delisle: Cabinet des manuscrits III 393. — Greek and Latin illuminated manuscripts in Danish collections (1921) 49.

**Thott 522 4to** membr., sæc. XV, ff. 63, cm. 21,7×17,7. Litt. init. hist.

f. 1—50': „*Vita sancte Brigide uirginis mense Februario die primo.* Fuit quidam uir nobilis Laginensis genere × et uirtutes copiose fiunt. Ad laudem Domini nostri Jhesu Christi, qui . . . .“

f. 51—62: „*Hystoria de sancta Brigida*“. „Sacratissima uirgo Brigida Dei dilecta adesto nostris precibus pia ac propicia × astantem populum, laudantem te clerum foue, rege per secula“. [Notis musicis instruct.]

*Prov.* Germania. — *Poss.* Monasterium monialium ad sanctos Machabeos in Colonia. (f. 63 [sæc. XV]: „Iste liber pertinet monasterio monialium ad sanctos Machabeos in Colonia ordinis sancti Benedicti“). — Ericus Benzelius iunior. (f. 1: „E. Benzelius filius“). — T. Klevenfeldt. (Bibl. Klevenf. 217 n. 3). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 407 n. 522).

**Thott 136 fol.** membr., sæc. XIV, ff. 30, cm. 35,8×26,9.

f. 1—30: „*Vita sancti Desiderii Caturcensis episcopi.* Igitur Desiderius Caturcensis urbis episcopus Obrege Galliarum oppido oriundus × te Caturci positum lector agnoscat“. (Migne PL. 87. 219).

f. 30: *Orationes diuersis manibus scripte.*

f. 30': *Sequentia de undecim milibus uirginum.* „ | O felix Germania | tam decoro germine | × | nobili ditaris | “. (Chevalier: Repertorium hymnologicum n. 12962).

f. 30': *Sequentia de undecim milibus uirginum.* „ | Benedictus es rex glorie | qui palmam uictorie | × | tribuas salutem | “. (Ibid. n. 2455).

*Poss.* Ecclesia s. Desiderii Cadurci. (f. 30 [sæc. XIV]: „Iste liber est ecclesie beati Desiderii episcopi Caturci . . . .“ — In folio preligato fragmentum litterarum sæc. XIV, quas dedit officialis Caturcensis). — Abbatia s. Petri Moysiaci. (cf. Delisle: Le cabinet des manuscrits I 518). — N. J. Foucault. (Signatura: „Ex bibliotheca Nicolai Joseph Foucault comitis consistoriani“). — J. P. Ludewig. (Bibl. Ludewig V 102 n. 525. — In fol. preligato nota manu Ludewigi scripta). — O. Thott. (Bibl. Thott VII 287 n. 136).

*Litt.* Poupardin: La vie de saint Didier. Collection de textes pour servir à l'étude et à l'enseignement de l'histoire XXIX.

**Thott 519 4^to^** membr., sæc. XIII, ff. 26, cm. $23,_5 \times 15,_8$. Liber mancus.

f. 1—1': „*Quomodo corpus beati Jacobi apostoli in fines Hispanie fuit delatum et in Compostella conditum.* Sanctus Jacobus apostolus frater beati Johannis euangeliste missus est, ut predicaret × Set hac die sibi dedicata est ecclesia in Compostella".

f. 2—9: „*Liber* TURPINI *archiepiscopi Remensis de historia famosissimi Karoli Magni, quomodo terram Hispanicam et Galleciam adquisiuit. Hunc librum dicit papa Calixtus esse autenticum.* Gloriosissimus namque Christi apostolus Jacobus aliis apostolis et Dominicis discipulis × sua predicatione ad Dominum conuertit. Explicit liber Turpini archiepiscopi Remensis de Karolo magno".

f. 9—24: „*Argumentum* KALIXTI II *pape de miraculis beati et gloriosi apostoli Jacobi, fratris sancti Johannis euangeliste.* Summopere precium est beati Jacobi miracula × panem integrum in sacculo inueniebat . . . Ergo regi regum sit decus et gloria in secula seculorum. Amen. Explicit liber domni·Kalixti pape de miraculis sancti Jacobi apostoli". (Acta sanctorum. Julius VI 47—58).

f. 24—25': „*Epistola eius de opere precedenti.* Kalixtus episcopus, seruus seruorum Dei sanctissimo conuentui basilice Cluniacensis . . . . Quum in cunctis cosmi climatibus × uel loqui contra ea presumpserit anathema cum Arrio et Sabellio sit. Valent omnes in Domino. Datum Laterani Idus Junii".

f. 25': „*Confirmatio* INNOCENCII II *pape de opere precedenti.* Innocentius . . . Hunc codicem a domino papa Kalixto primitus editum × abstulerint uel fraudauerint". [Sequuntur subscriptiones].

f. 26—26': *Miracula quedam sancti Jacobi.* „Peregrini, siue pauperes siue diuites × operemur bona in his sacris sollempniis. Prestante Domino . . . .".

*Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 407 n. 519).

**Gl. kgl. S. 1588 4^to^** membr., sæc. XI exeunt., ff. 32, cm. $20,_1 \times 12,_9$. Litt. init.

f. 1 [sæc. XIII]: *Sequentia in honorem s. Nicolai.* „ | Exultet aula celica | letetur mundi machina | × | iungamur in celestibus | ". (Chevalier: Rep. hymn. n. 5807).

f. 1' [sæc. XIII]: *Sequentia in honorem s. Nicolai.* „ | Adest dies sanctissima | uirtute sacra splendida | × | cum flamine paraclitico | “. (Ibid. n. 390).

f. 2—28: ABBO, *abbas Floriacensis*: *Passio s. Eadmundi premissa epistola auctoris ad Dunstanum.* „Domino sancte metropolitane Doruuernensium aecclesie × Vale pater in Christo. — Asciti aliquando × quibus meremur supplicium per eum qui uiuit et regnat in secula seculorum“. (Migne PL. 139. 507).

f. 28—32': *Officium sancti Eadmundi.* „XII Kal. Decembr. passio sancti Eadmundi. Exulta sancta aecclesia totius gentis Anglice × qui uirtutibus ita effloruisti inter /////“. [Neumis instr.].

*Poss.* Monasterium sancti Dionisii. (f. 1: Signatura sæc. XV: „XLI·XIIII$^{c}$·XX“. — f. 2: Signatura sæc. XIII: „T +“. cf. Delisle: Le cabinet des manuscrits I 203, III 356, 391, Planche V). — Bibl. Gottorp. (Cat. Lindenbrog n. 127. — Cat. N. Heinsii n. 103. — Cat. Pechlin n. 223. — Cat. Möllmann n. 162).

**Thott 518** 4$^{to}$ membr., sæc. XV (f. 73': „1424“), ff. 73, cm. 20,3 ×13,4.

f. 1—73': *Gesta et translationes trium magorum auctore* JOHANNE DE HILDESHEIM. „Cum uenerandorum trium magorum × Set quod hii tres reges uirgines fuerunt. Deo gracias. Et quod Ricardus Cabutt scripsit hunc librum anno etatis sue 14 uidelicet anno secundo regni regis Henrici sexti“.

f. 73': *De commotione populi in partibus Lincolniensibus anno 1470.* „Notandum quod 8 die Marcii anno regis Edwardi IV decimo magna commotio populi erat in partibus Lincolniensibus contra eundem dominum regem uidelicet iuxta Staunfordiam in eodem comitatu, quo die dictus dominus rex cum exercitu ualido ueniebat contra eos, et cum ipsi dominum regem et exercitum suum uidebant arraiatum fugere, et plures ex illis fuerunt capti, inter quos Johannes de la Launde, et infra duos dies proximos captus fuit Robertus Wellez miles et adductus regi, cuius pater decapitatus fuit apud Crucem regine iuxta Stanfordiam . . .“.

*Prov.* Anglia. — *Poss.* Ex penu bibliopole Th. Osborne. (In folio preligato nota pretii: „1 . 11 . 6“ et in dorso tegumenti numerus 2457, sub quo numero codex hic in catalogo Th. Osborne [1749] inuenitur). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 407 n. 518).

*Litt.* The 46$^{th}$ annual report of the deputy keeper of the public records. Appendix II 67.

**Thott 26 8^vo^** membr., sæc. XII, ff 112, cm. 16,3×9,7.

f. 1—1': „*Epistola* CHROMATII *et* HELIODORI *episcoporum ad Jheronimum presbiterum.* Dilectissimo fratri Jheronimo presbitero Chromatius et Heliodorus episcopi in Domino salutem. Ortum Marie regine × recipere facias. Vale . . .". (Migne PL. 20. 369).

f. 1'—2': „*Rescriptum* JHERONIMI *presbiteri ad supradictos episcopos.* Dominis sanctis ac beatissimis Chromatio et Heliodoro episcopis Jheronimus exiguus Christi seruus in Domino salutem. Qui terram × obedientiam peruenire". (Migne PL. 20. 371).

f. 2'—3': „*Prologus beati* JHERONIMI *presbiteri ad Paulam et Eustochium de natiuitate sancte Marie.* Petitis a me × scribi potuerunt". (Migne PL. 20. 372).

f. 3'—12: „*Libellus de natiuitate sancte Dei genitricis et uirginis Marie, quem beatus Jheronimus transtulit in Latinum.* Igitur beata et gloriosissima semper uirgo Maria ex regia stirpe × peperit primogenitum suum, sicut sancti euangeliste docuerunt, dominum nostrum Jhesum Christum, qui . . .".

f. 12—23: „*Liber s.* MELITONIS *Sardiensis episcopi de obitu s. Dei genitricis Marie.* Melito seruus Christi episcopus ecclesie Sardiensis uenerabilibus in Christo fratribus Laodicie constitutis in pace Christi salutem. Cum uobis de uita prophetarum × qui in trinitate perfecta et una deitatis sustantia uiuit, dominatur et regnat in secula seculorum Amen".

f. 23—32': „*Sermo sancti* AUGUSTINI *episcopi de assumptione sancte Dei genitricis Marie.* De sanctissimo corpore × ignosce tu et tui Amen".

f. 33—37: *Ex libro primo* GREGORII *episcopi Turonensis de gloria martyrum cap. IX—XI.*

f. 37—112': *Liber miraculorum beate Marie uirginis.* „Relatio de penitentia Theophili × perpetue quietis percipiamus gaudia. Amen. Explicit liber miraculorum".

*Poss.* And. Erasmus a Seidell. (f. 1: „And. Erasmus a Seidell"). — O. Thott. (Bibl. Thott. VII 507 n. 26).

*Litt.* Sitzungsberichte der phil. hist. Classe der Akademie der Wissenschaften. (Wien 1886) 113. 970.

**Thott 128 fol.** membr., sæc. XIII, ff. 71, cm. 26×17,9. Codex mutilus.

f. „1“: „*Prefacio de miraculis beate Marie uirginis.* Ad omnipotentis Dei laudem × recitare studeamus“.

f. „1“—„74“: „*Miracula gloriose Dei genitricis et perpetue uirginis Marie.* De ueste quam ipsa attulit Hildefonso archiepiscopo. Fuit in Toletana urbe × De Radulfo Cantello .... ad nullius noticiam potuit peruenire“.

*Poss.* O. Thott. (Bibl. Thott. VII 286 n. 128).

*Litt.* Sitzungsberichte der phil. hist. Classe der Akademie der Wissenschaften. (Wien 1888) 115. 16.

**Gl. kgl. S. 170 fol.** membr., sæc. x, ff. 191, cm. 26,5×18,5.

f. 1: „*Prologus in uita sancti Filiberti abbatis et confessoris* .... Cum prisca patrum × multa non proderunt“.

f. 1—10: „*Vita eiusdem.* Sanctus igitur Filibertus Helisano territorio × anima Christo reddita est regnante Domino ...“.

f. 10—13: „*Passio sancti Simphoriani martiris* ... Sub Aureliano principe × felix aperiatur ingressus, cui est honor et gloria ....“

f. 13—18: „*Passio sancti Luciani martyris.* Beatorum martyrum sacra certamina × qui sanctum martyrem tuum Lucianum ita glorificare dignatus es, qui uiuis ...“.

f. 18—19': „*Passio beati Petri Alexandrine urbis episcopi* ... Sanctus igitur Petrus Alexandrie episcopus × fere cum clericis et laicis sexcenti sexaginta“.

f. 19'—20: „*Prefatio uite sancti Maxentii* ... Cum sancti ac beatissimi Maxentii uita × propalare curaui“.

f. 20—30': „*Vita.* Quotienscunque diuina opitulante gratia × Illud tantum nunc restat agendum nobis ... uirtus et imperium per omnia secula seculorum“.

f. 30'—38': „*Passio beati Ignatii Antioceni episcopi* ... Cum Traianus × memoria eius a fidelibus sollenniter celebratur“.

f. 39—41: „*Passio sanctorum martyrum Cantii, Cantiani et Cantianille* ... Beatissimos martyres × 2 Kal. Junias“.

f. 41—42: „AMBROSIUS *cap. 79. De natale Canti, Cantiani, Cantianille hec refert:* Hodie beatissimorum Canti, Cantiani et Cantianille natalis est × profitemur ad gloriam“.

f. 42—46: „*Passio sancti Mucii presbiteri* ... Sub Ladicio et Maximo × Si quis autem memor fuerit ... uirtus et potestas in secula seculorum“.

f. 46—48: „*Passio sancti Timothei discipuli Pauli apostoli* ... Martyrium sancti Timothei ... Multi multas historias × pro-

consulante autem Asiam Peregrino, apud nos uero regnante Domino nostro Jhesu Christo cui . . .".

f. 48—50: „*Passio sancti Marci euangeliste.* Cum ergo uenerabilis Marcus × Dormiuit autem hic idem beatissimus euangelista primus martyr Domini nostri Jhesu Christi apud Alexandriam 7 Kal. Maii regnante Domino nostro Jhesu Christo . . .".

f. 50—51': Dionysius Exiguus: *Inuentio capitis beati Johannis baptiste.* Prefatio. „Domino uenerando mihi Gaudentio abbati Dionysius. Carissimorum fratrum × efficaciter impetremus".

f. 51'—58': „*Relatio quemadmodum caput sancti Johannis precursoris ac baptiste Domini de ciuitate Herodis Emesa sit delatum.* Duo quidam monachi × pristine sospitati prestante Domino nostro . . .".

f. 58'—62: „*Passio sancti Longini martiris* . . . In diebus Domini nostri Jhesu Christi miles × Hec acta sunt in Cesarea Cappadocie Idus Marcii sub preside Octauio regnante Domino nostro . . .".

f. 62—72: „*Passio sancti Eustachii martiris.* In diebus Traiani imperatoris demonum preualente fallacia × promissa sunt sanctis per gratiam Domini et saluatoris Jhesu Christi cui . . .".

f. 72—86': „*Passio sanctorum martyrum Valeriani, Tiburtii, Maximi et Cecilie.* Humanas laudes et mortalium infulas × in hodiernum diem gratia Domini nostri Jhesu Christi cui gloria . . .".

f. 86'—88: „*Passio sancti Saturnini Tolose urbis episcopi.* Tempore illo quo per corporeum Domini saluatoris aduentum × populorum uotis colit in honorem Domini ac Dei nostri cui est . . .".

f. 88'—99': „*Passio sancti Crisanti et Darie.* Polemius uir inlustrissimus × in gloria perpetue corone suscepit".

f. 99'—115: „*Passio sancte Eugenie uirginis et sociorum eius Proti et Jacincti.* Septimo consulatus sui anno × migrauerunt, patrem et filium unacum spiritu sancto glorificantes cui est . . .".

f. 115—119': „*Martyrium trium germanorum Speusippi, Elasippi et Melasippi.* Tres pueri fratres quasi tres rose × ab urbe Lingonis regnante Domino nostro . . .".

f. 119'—124: „*Passio sancti Babile episcopi cum tribus paruulis.* Numerianus rex cum immolasset × Sic quoque et eius ablatum est caput et positum est cum infantibus . . . sub

Numeriano imperatore regnante Domino nostro Jhesu Christo, cui gloria in secula seculorum".

f. 124—132': „*Passio sancte Cristine.* Temporibus Dioclitiani imperatoris erat quedam × collocauit eius reliquias. Passa est autem sancta Cristina sub Urbano patre suo et Zeon et Juliano annorum quattuordecim sub imperatore Dioclitiano 9 Kal. Aug."

f. 132'—145': „*Passio sancti Adriani martyris cum sociis suis.* Factum est secundum iussionem × perfecto corde ibidem Christo Domino seruiant cui est honor . . .".

f. 145'—150': „*Passio sancti Cristofori.* Tempore illo quo Dagnus rex × gladio feriatur".

f. 150'—154: „*Passio sancte Fauste.* Sub Maximiano imperatore cum peruenisset × Et abierunt unusquisque in domum suam glorificantes et laudantes patrem . . .".

f. 154—162: „*Passio sancte Anastasie.* Reuertente imperatore Diocletiano × ad laudem nominis sui usque in finem seculi Amen".

f. 162—170: „*Passio sancti Alexandri pape et martyris et sancti Euentii et Teodoli.* Quinto loco a beato Petro × Ideoque locus ipse habet proprium sacerdotem usque in hodiernum diem. Sanctorum autem ipsorum natalis est 5 Nonas Maias . . .".

f. 170—174': „*Passio beatissimi Menne martiris.* Anno secundo imperii sui Diocletianus × basilicam condiderunt in qua multas uirtutes operatur Dominus . . .".

f. 174'—176': „*Passio beati Pancratii martyris.* Temporibus illis immanis persecutio × sub Diocletiano Augusto nouies et Maximiano septies imperatoribus. Regnante autem Domino Deo . . .".

f. 176'—177: „*Passio sancti Chrisogoni martiris.*" *Prologus.* „Omnia que a sanctis × ut hostis incipiat te timere".

f. 177—180': „*Passio sancti Chrisogoni.* Pretextati inlustris uiri × finem attingo".

f. 180'—186: „*Passio sanctorum 40 martyrum.* Temporibus igitur Licinii imperatoris erat persecutio × Sub Licinio imperatore consummati sunt sancti quadraginta martyres et preside Agricolao et duce Lycia sub die 7 Idus Marcii in gloriam et laudem Dei".

